

CAPUT XVII

*Haec locutus est Jesus, et, sublevatis oculis in coelum, dixit, Pater, venit hora, clarifica Filium tuum.*¹ Poterat Dominus unigenitus et coaeternus Patri, in forma servi, et ex forma servi, si hoc opus esset, orare silentio; sed ita se Patri exhibere voluit praecatorem, ut meminisset se nostrum esse doctorem.

Proinde quam fecit orationem pro nobis, notam fecit et nobis, quoniam tanti Magistri nostri non solum ad ipsos² est sermocinatio, sed etiam pro ipsis ad Patrem oratio;

Pater, venit hora

et si illorum qui ad haec dicta aderant audituri, profecto et nostra, qui fueramus conscripta lecturi. Quapropter hoc quod ait: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum*, ostendit omne tempus, et quid quando faceret, vel fieri sineret, ab illo esse dispositum, qui tempori subditus non est, quoniam quae futura fuerant per singula tempora, in Dei sapientia causas efficientes habent, in qua nulla sunt tempora. Non ergo credatur haec hora fato urgente venisse, sed Deo potius ordinante, nec siderea necessitas Christi connexuit passionem. Absit enim, ut sidera mori cogerent siderum conditorem. Non itaque Christum tempus ut moreretur impegit, sed tempus Christus quo moreretur elegit, qui etiam tempus quo de Virgine natus est cum Patre constituit, de quo sine tempore natus est. Secundum quam veram sanamque doctrinam etiam Paulus apostolus: *Cum autem venit*, inquit. *plenitudo temporis, misit Deus Filium suum* (Galat. IV); et Deus per prophetam: *Tempore*, ait, *acceptabili exaudivi te, et in die salutis adjuvi te* (Isa. LXIX)³; et rursus Apostolus: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis* (II Cor. VI).

Dicit ergo: *Pater, venit hora*, qui cum Patre disposuit omnes horas, tanquam dicens: *Pater*, quam propter homines et apud homines ad me clarificandum simul constituimus, *venit hora: clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te*.

Clarificatum a Patre Filium, nonnulli accipiunt in hoc, quod et non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum (*Rom VIII*). Sed si passione clarificatus dicitur, quanto magis resurrectione? Nam in passione magis ejus humilitas quam claritas commendatur, Apostolo teste, qui dicit: *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (*Philip. II*). Deinde sequitur et de ejus clarificatione, cum dicit: *Propter quod et Deus illum exaltavit, et donavit ei nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, coelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris* (*Ibid.*). Haec est clarificatio Domini Jesu Christi, quae ab ejus resurrectione sumpsit exordium. Humilitas autem ejus incipit in sermone Apostoli ab eo loco, ubi ait: *Semetipsum exinanivit formam servi accipiens* (*Ibid.*), et pervenit usque *ad mortem crucis*. Claritas vero ejus incipit ab eo loco ubi ait: *Propter quod et Deus eum exaltavit, et pervenit quo in gloria est Dei Patris*.

Pater, venit hora

CAPO 17

Così parlò Gesù. Poi, alzàti gli occhi al cielo, disse: «Padre, è venuta l’ora: glorifica il Figlio tuo. Il Signore unigenito e coeterno al Padre, avrebbe potuto, nella forma di servo, e per la forma di servo, se fosse stato necessario, pregare in silenzio; ma si volle mostrare in preghiera al Padre, per ricordare che lui è nostro maestro. Perciò quell’orazione che fece per noi, la rese nota anche a noi, perché di tanto nostro Maestro non solo la predicazione è per quelli presenti ad ascoltare, ma pure la preghiera al Padre per gli stessi;

Pater, venit hora

TRACTATUS CIV - sequentia

Haec locutus est Iesus, et sublevatis oculis in coelum dixit: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum. Poterat Dominus Unigenitus et coaeternus Patri in forma servi et ex forma servi, si hoc opus esset, orare silentio; sed ita se Patri exhibere voluit precatorem, ut meminisset nostrum se esse doctorem.

Proinde eam quam fecit orationem pro nobis, notam fecit et nobis; quoniam tanti magistri non solum ad ipsos sermocinatio, sed etiam pro ipsis ad Patrem oratio,

Pater, venit hora

^[1] Gv 17, 1

^[2] L’omissione, rispetto ad Agostino, di “discipulorum …” rende più incerto il punto di appoggio per “ad ipsos” e a “pro ipsis”, che debbono così essere messi in relazione col successivo “illorum qui …”; in italiano ho optato per anticipare “qui aderant audituri”.

^[3] Is 49, 8 Vulg.: “In tempore placito exaudivi te, et in die salutis auxiliatus sum tui.”; VL: “Tempore opportuno exaudivi te, & in die salutis auxiliatus sum tui.”; Sabatier in nota: “Similiter hab. Hilar. in Ps. 68. col. 221. d. Tempore accepto exaudivi te: item in Ps. 118. col. 340. d. … Ambros. l. 2. de Abr. c. 10. col. 346. c. Tempore accepto exaudivi te, … Auct. op. imp. in Matth. hom. 51. p. 215. e. Tempore acceptabili exaudivi te, …”

^[4] Gv 17, 1

seminandae humilitatis, fructum non differas claritatis. Sed quid sibi vult, quod sequitur:

Ut Filius tuus clarificet te?

Clarificatum a Patre Filium secundum formam servi, quam Pater suscitavit a mortuis et ad suam dexteram collocavit, res ipsa indicat, et nullus ambigit christianus. Sed quoniam non tantum dixit: *Pater, clarifica Filium tuum*, sed addidit etiam *ut Filius tuus clarificet te*,⁵ merito quaeritur quomodo Patrem glorificaverit Filius, cum sempiterna claritas Patris nec diminuta fuerit in forma humana, nec augeri potuerit in sua perfectione divina. Sed in seipsa claritas Patris nec minui nec augeri potest: apud homines autem procul dubio minor erat, quando in Iudaea tantummodo Deus notus erat (*Psal.* LXXV):

et nondum a solis ortu usque ad occasum⁶ laudabant pueri nomen Domini (*Psal.* CXII). Hoc autem quia per Evangelium Christi factum est, ut per Filium Pater innotesceret gentibus, profecto Patrem clarificavit et **Filium**⁷.

Si autem tantummodo mortuus fuisset Filius, nec resurrexisset, procul dubio nec a Patre clarificatus esset, nec Patrem clarificasset. Nunc autem resurrectione clarificatus a Patre, resurrectionis suae praedicatione clarificet Patrem.

Hoc quippe aperit ordo ipse verborum. *Clarifica*, inquit,

Filium tuum ut Filius tuus clarificet te, tanquam diceret: Resuscita me, ut innotescas toti orbi per me.

Deinde magis magisque pandens, quomodo clarificet Patrem Filius:

Sicut dedisti, inquit, *ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam aeternam*.⁸ Omnem carnem, dixit omnem **animam**, a parte totum significans, quemadmodum rursus a parte superiore significatus est homo totus, ubi ait Apostolus: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit* (*Rom.* XIII)⁹. Quid enim dixit *omnis anima*, nisi, omnis homo? Hoc autem, quod potestas Christo a Patre data est omnis carnis, secundum hominem intelligendum est; nam secundum Deum *omnia per ipsum facta sunt*,¹⁰ *et in ipso condita sunt omnia in coelo et in terra, visibilia et invisibilia* (*Coloss.* I)¹¹. *Sicut* ergo *dedisti ei potestatem*, inquit, *omnis carnis*, ita te glorificet Filius, id est, notum te faciat omni carni, quam dedisti ei. Sic enim dedisti, *ut omne quod dedisti ei det eis vitam aeternam*.

Haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum.

Haec est autem vita aeterna, inquit, *ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum*.¹² Ordo verborum est: ut te, et quem misisti Jesum Christum, cognoscant solum verum Deum. Consequenter enim et Spiritus sanctus intelligitur, quia Spiritus est Patris et Filii, tanquam charitas substantialis et consubstantialis amborum quoniam non duo dii Pater et Filius; nec tres dii Pater et Filius et Spiritus sanctus; sed ipsa Trinitas unus solus verus Deus. Nec idem tamen Pater qui Filius, nec idem Filius qui Pater, nec idem Spiritus sanctus qui Pater aut Filius,

È venuta l'ora di seminare l'umiltà; non il frutto della gloria. Ma che significa quel che segue:

affinché il Figlio glorifichi te?

La cosa stessa indica che dal Padre è glorificato il Figlio, secondo la forma di servo, quella che il Padre ha risuscitato dai morti e collocanto alla sua destra, e nessun cristiano ne dubita. Ma siccome non ha detto soltanto: *Padre, glorifica il Figlio tuo*, ma ha pure aggiunto *perché il Figlio glorifichi te*, a ragione ci si chiede in che modo il Figlio abbia glorificato il Padre, dato che la gloria sempiterna del Padre non fu sminuita nella forma umana, né potè essere accresciuta nella sua perfezione divina. Ma in se stessa la gloria del Padre non può diminuire né aumentare: tuttavia presso gli uomini, senza dubbio era minore quando soltanto in Giudea Dio era conosciuto (cfr Sal 75, 2): e non ancora *dal sorgere del sole al tramonto* i servi lodavano il nome del Signore (cfr Sal 112, 3 1). Ma poiché attraverso il Vangelo di Cristo avvenne ciò: che per mezzo del Figlio il Padre fu fatto conoscere alle genti, questo di certo glorificò il Padre e il Figlio. Ma se il Figlio fosse soltanto morto, e non fosse risorto, senza dubbio nè sarebbe stato glorificato dal Padre, né avrebbe glorificato il Padre. Adesso invece, glorificato dal Padre mediante la risurrezione, con la predicazione della sua risurrezione il Figlio glorifichi il Padre. L’ordine stesso delle parole palesa ciò chiaramente: *Glorifica*, dice, *il Figlio tuo, perché il Figlio glorifichi te*; come a dire: Risuscitami, affinché per mezzo mio tu sia conosciuto in tutto il mondo.

Poi palesando vieppiù in che modo il Figlio glorifichi il Padre:

Tu gli hai dato, dice, *potere su ogni carne, perché egli dia la vita eterna a tutti coloro che gli hai dato*. Disse ogni carne per ogni anima, indicando il tutto con una parte, così come un’altra volta con la parte superiore viene indicato tutto l'uomo, là dove l’Apostolo dice: *Ogni anima sia soggetta alle autorità che presiedono* (Rm 13, 1). Che significa infatti *ogni anima*, se non ogni uomo? Ma si deve intendere così: che la potestà su ogni carne è data dal Padre a Cristo in quanto uomo; infatti in quanto Dio, tutto è stato fatto per mezzo di lui, ed in lui furono create tutte le cose nei cieli e sulla terra, quelle visibili e quelle invisibili (cfr Col 1, 16). Come *tu* dunque *gli hai dato potere*, dice, *su ogni carne*, così il Figlio ti glorifichi, cioè ti faccia conoscere ad ogni carne che gli hai dato. Per questo infatti “[gli] hai dato”: *perché egli dia la vita eterna a tutti coloro che gli hai dato*.

Haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum.

Questa è la vita eterna, dice: *che conoscano te, l’unico vero Dio, e colui che hai mandato Gesù mandato, Gesù Cristo*. L'ordine delle parole è: che te, e colui che hai mandato Gesù Cristo, conoscano come il solo vero Dio. Di conseguenza infatti si intende anche lo Spirito santo, perché è lo Spirito del Padre e del Figlio, in quanto amore sostanziale e consustanziale di ambedue, poiché non due dèi Padre e Figlio; neppure tre dèi Padre e Figlio e Spirito santo; ma la Trinità stessa un solo vero Dio. E tuttavia il Padre è il medesimo del Figlio, né il Figlio il medesimo del Padre, nè lo Spirito santo il medesimo

seminandae humilitatis, fructum non differas claritatis. Sed quid sibi vult quod sequitur:

Ut Filius tuus clarificet te?

Numquid etiam Deus Pater pertulit humilitatem carnis sive passionis, ex qua illum clarificari oporteret? Quomodo igitur eum clarificaturus erat Filius, cuius claritas sempiterna nec ex forma humana potuit videri minor, nec in divina posset esse amplior? Sed istam quaestionem in hunc sermonem nolo arcitare, aut hinc eum facere longiorem.

TRACTATUS CV

Haec est vita aeterna, ut cognoscant te (Io 17, 1-5).

Porro si cognitio Dei est vita aeterna, tanto magis vivere tendimus, quanto magis in hac cognitione proficimus.

1. Glorificatum a Patre Filium secundum formam servi, quam Pater suscitavit a mortuis, et ad suam dexteram collocavit, res ipsa indicat, et nullus ambigit christianus. Sed quoniam non tantum dixit: *Pater, clarifica Filium tuum*, sed addidit etiam, *ut Filius tuus clarificet te*; merito quaeritur quomodo Patrem clarificaverit Filius, cum sempiterna claritas Patris nec diminuta fuerit in forma humana, nec augeri potuerit in sua perfectione divina. Sed in seipsa claritas Patris nec minui nec augeri potest; apud homines autem procul dubio minor erat, quando in Iudaea tantummodo Deus notus erat:

nondum *a solis ortu usque ad occasum* laudabant pueri nomen Domini.

Hoc autem quia per Evangelium Christi factum est, ut per Filium Pater innotesceret gentibus; profecto Patrem clarificavit et **Filius**.

Si autem tantummodo mortuus fuisset Filius, nec resurrexisset, procul dubio nec a Patre clarificatus esset, nec Patrem clarificasset: nunc autem resurrectione clarificatus a Patre, resurrectionis suae praedicatione clarificat Patrem.

Hoc quippe aperit ordo ipse verborum: *Clarifica*, inquit:

Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te; tamquam diceret: Resuscita me, ut innotescas toti orbi per me.

2. Deinde magis magisque pandens quomodo clarificet Patrem Filius:

Sicut dedisti, inquit, *ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam aeternam*. Omnem carnem dixit omnem **hominem**, a parte totum significans; quemadmodum rursus a parte superiore significatus est homo totus, ubi ait Apostolus: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*. Quid enim dixit *Omnis anima*, nisi, omnis homo? Et hoc autem quod potestas Christo a Patre data est omnis carnis, secundum hominem intellegendum est: nam secundum Deum *omnia per ipsum facta sunt*, et in ipso condita sunt omnia in coelo et in terra, visibilia et invisibilia. *Sicut* ergo *dedisti ei potestatem*, inquit, *omnis carnis*, ita te glorificet Filius tuus, id est, notum te faciat omni carni quam dedisti ei. Sic enim dedisti, *ut omne quod dedisti ei, det eis vitam aeternam*.

Haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum.

Ubi plena cognitio, ibi summa glorificatio.

3. *Haec est autem, inquit, vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Iesum Christum*. Ordo verborum est, *ut te et quem misisti Iesum Christum cognoscant solum verum Deum*. Consequenter enim et Spiritus sanctus intellegitur, quia Spiritus est Patris et Filii, tamquam caritas substantialis et consubstantialis amborum. Quoniam non duo dii Pater et Filius, nec tres dii Pater et Filius et Spiritus sanctus; sed ipsa Trinitas unus solus verus Deus. Nec idem tamen Pater qui Filius, nec idem Filius qui Pater, nec idem Spiritus sanctus qui Pater et Filius;

^[5] Gv 17, 1

^[6] NCEI traduce: “dal sorgere del sole al suo tramonto”, con chiaro riferimento alla dimensione liturgica richiesta dal contesto del salmo; nel Commento, venendo di seguito al riferimento alla Giudea, nella quale soltanto era conosciuto Dio, potrebbe invece avere una dimensione geografica: “dall’oriente all’occidente”, dove le altre genti ancora non lo conoscevano; ma potrebbe altresì mantenere valenza liturgica in quanto: le altre genti (“servi”, in quanto creature), ancora non potevano lodare Dio dall’alba al tramonto, non conoscendolo. Pertanto ho mantenuto questa traduzione, capace di supportare entrambe le possibilità.

^[7] Beda dice “Filius”, mentre Agostino “Filius”. La differenza non è poca cosa, perché trasforma in oggetto un soggetto. Potrebbe trattarsi di un errore di scrittura, ma potrebbe pure essere intenzionale, perché la struttura sintattica comunque regge; pertanto rispetto quanto scritto da Beda.

^[8] Gv 17, 2; NCEI traduce “carnem” con “essere umano”, ma il contesto impone di mantenere l’espressione latina.

^[9] Rm 13, 1; NCEI traduce: “Ciascuno sia sottomesso alle autorità costituite.”, ma il contesto impone di mantenere il termine “anima”. Colgo l’occasione per rimarcare che questa citazione, mentre funziona molto bene nel Commento di Agstino, fa sorgere il sospetto che il precedente “animam” invece di “hominum” in Agostino, è quasi certamente un refuso, in quanto si trova ad indicare prima il tutto e, subito dopo, la parte.

^[10] In realtà questa prima parte della citazione è da Gv 1, 3.

^[11] Col 1, 16 Vulg.: “in ipso condita sunt universa in caelis, et in terra, visibilia, et invisibilia”

^[12] Gv 17, 3

quoniam tres sunt, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, sed ipsa Trinitas unus est Deus. Si ergo eo modo te glorificat Filius, *sicut dedisti ei potestatem omnis carnis*, et sic dedisti, *ut omne quod dedisti ei det eis vitam aeternam, et haec est vita aeterna, ut cognoscant te*: sic te igitur Filius glorificat, ut omnibus quos dedisti ei, te cognitum faciat. Porro si cognitio Dei est vita aeterna, tanto magis vivere tendimus, quanto magis in hac cognitione proficimus. Non autem moriemur in vita aeterna. Tunc ergo Dei cognitio perfecta erit, quando nulla mors erit. Summa tunc Dei clarificatio, quia summa gloria.

A veteribus autem gloria, qua gloriosi homines dicuntur, ita est definita: Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. At si homo laudatur, cum famae creditur, quomodo Deus laudabitur, quando ipse videbitur? Propter quod scriptum est: *Beati qui habitant in domo tua, in saecula saeculorum laudabunt te* (Psal. LXXXIII). Ibi erit Dei sine fine laudatio, ubi erit Dei plena cognitio; et quia plena cognitio, ideo clarificatio, vel glorificatio. Sed prius hic clarificatur Deus, dum annuntiatus hominibus innotescit, et per fidem credentium praedicatur, propter quod dicit:

*Ego te clarificavi super terram: opus consummavi quod dedisti mihi, ut faciam.*¹³ Non ait iussisti, sed *dedisti*, ubi commendatur evidens gratia. Quid enim habet, quod non accepit, etiam in unigenito humana natura? An non accepit ut nihil mali, sed bona faceret omnia, quando in unitatem personae suscepta est a Verbo, per quod facta sunt omnia? Sed quomodo consummavit opus, quod accepit ut faciat, cum restet adhuc passionis experimentum, ubi martyribus suis maxime praebuit quod sequerentur exemplum; unde ait apostolus Petrus: *Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia ejus* (I Petr. II)¹⁴: nisi quia consummasse dicit quod se consummaturum certissime novit? sicut longe ante in prophetia praeteriti temporis usus est verbis, quando post annos plurimos futurum fuerat quod dicebat. *Foderunt*, inquit, *manus meas, et pedes meos; dinumeraverunt omnia ossa mea* (Psal. XXI)¹⁵. Non ait Fodient et dinumerabunt. Et in hoc ipso evangelio: *Omnia*, inquit, *quae audivi a Patre meo, nota feci vobis* (Joan. XV). Quibus ait postea: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo* (Joan. XVI). Qui enim certis et immutabilibus causis omnia futura praedestinavit, quidquid facturus est fecit. Nam et per prophetam dictum de illo est: *Qui fecit quae futura sunt.*¹⁶

Secundum hoc etiam quod sequitur dicit:

*Et nunc clarifica me, tu Pater, apud temetipsum, claritate quam habui prius quam mundus esset apud te.*¹⁷ Nam supra dixit: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te*. In quo verborum ordine ostenderat prius a Patre clarificandum Filium, ut Patrem clarificaret et Filius.

Modo autem dicit: *Ego te clarificavi super terram; opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam; et nunc clarifica me.*¹⁸ Tanquam prior ipse Patrem clarificaverit, a quo deinde, ut clarificetur, exposcit. Ergo intelligendum est utroque verbo superius usum secundum id quod futurum erat:

Clarifica Filium, ut clarificet Filius; modo vero usum fuisse verbo praeteriti temporis de re futura, ubi ait: *Ego te clarificavi super terram; opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam*. Deinde dicendo: *Et nunc clarifica me, tu Pater, apud temetipsum*, quasi posterius esset clarificandus a Patre, quem prius ipse clarificaverat, quid ostendit, nisi superius ubi ait: *Ego te clarificavi super terram*, ita locutum se fuisse, tanquam fecisset quod facturus esset;

del Padre o del Figlio, perché sono tre, il Padre, e il Figlio, e lo Spirito santo, ma la stessa Trinità è un solo Dio. Se dunque il Figlio ti glorifica nel modo secondo cui *tu gli hai dato il potere sopra ogni carne*, e lo hai dato così *perché egli dia la vita eterna a tutti coloro che gli hai dato*, e questa è la vita eterna: *che conoscano te*; allora il Figlio così ti glorifica: facendoti conoscere a tutti coloro che gli hai dato. Se, pertanto, conoscere Dio è la vita eterna, tanto più tendiamo a vivere quanto più progrediamo in questa conoscenza. Nella vita eterna, poi, non moriremo. Dunque la conoscenza di Dio sarà perfetta allorquando la morte sarà annullata. Allora [sarà] somma la glorificazione di Dio, perché somma la gloria.

Ma dagli antichi la gloria, per la quale gli uomini sono detti gloriosi, è così definita: Gloria è la fama costante di qualcuno, con la lode. E se l'uomo è lodato, prestando credito alla fama, come sarà lodato Dio, quando proprio lui sarà visto? Perciò è scritto: *Beato chi abita nella tua casa: senza fine canta le tue lodi*. (Sal 83, 5). Là sarà la lode di Dio senza fine, dove sarà piena la conoscenza di Dio; e poiché la conoscenza [sarà] piena, allora [sarà] glorificazione e manifestazione della gloria. Ma prima Dio è glorificato qui, mentre, annunciato agli uomini, viene conosciuto, ed è predicato dalla fede dei credenti, motivo per cui dice:

Io ti ho glorificato sulla terra, compiendo l'opera che mi hai dato da fare. Non dice: hai comandato, ma: *hai dato*, dove si sottolinea con evidenza la grazia. Che cosa ha infatti la natura umana, anche nell'unigenito, che non abbia ricevuto? O non ha forse ricevuto di non fare nulla di male, ma ogni bene, quando fu assunta nell'unità della persona dal Verbo, per mezzo del quale sono state fatte tutte le cose? Ma come ha compiuto l'opera, che ricevette da fare, quando resta ancora da sperimentare la passione, in cui, soprattutto, avrebbe offerto ai suoi martiri l'esempio da seguire; come mai l'apostolo Pietro dice: *Cristo patì per noi, lasciandoci un esempio, perché ne seguiamo le orme* (1Pt 2, 21): se non perché dice di aver compiuto ciò di cui sa certissimamente che compirà? così come molto tempo prima, nella profezia, sono stati usati verbi al tempo passato, quando dopo molti anni sarebbe avvenuto ciò che diceva. *Hanno forato*, dice, *le mie mani e i miei piedi, hanno contato tutte le mie ossa* (Sal 21, 17-18). Non disse: Foreranno e conteranno. E in questo stesso vangelo: *tutto ciò*, dice, *che ho udito dal Padre mio l'ho fatto conoscere a voi* (Gv 15, 15). Cui poi dice: *Molte cose ho ancora da dirvi, ma per il momento non siete capaci di portarne il peso* (Gv 16, 12). Colui infatti che aveva predestinato tutte le cose future in cause certe ed immutabili, fece quanto poi farà. Infatti di lui dal profeta viene detto: *Egli ha fatto le cose future*.

Conformemente a ciò, anche quanto segue dice:

E ora, Padre, glorificami davanti a te con quella gloria che io avevo presso di te prima che il mondo fosse. Infatti sopra aveva detto: *Padre, è venuta l'ora: glorifica il Figlio tuo perché il Figlio glorifichi te*. Con questo ordine delle parole mostra che prima il Figlio doveva essere glorificato dal Padre, affinché pure il Figlio glorificasse il Padre. Ora invece dice: *Io ti ho glorificato sulla terra, compiendo l'opera che mi hai dato da fare. E ora [...] glorificami*. Come se egli per primo avesse glorificato il Padre, dal quale chiede poi di essere glorificato. È da intendere, quindi, che più sopra ha usato ambedue i verbi con significato di futuro:

Glorifica il Figlio, perché il Figlio glorifichi; adesso invece ha usato il tempo passato per una cosa futura, dove dice: *Io ti ho glorificato sulla terra, compiendo l'opera che mi hai dato da fare*. Dicendo poi: *E ora, Padre, glorificami davanti a te* - quasi che in seguito avesse dovuto essere glorificato dal Padre, che lui stesso per primo aveva glorificato - cosa mostra, se non che, più sopra dove dice: *Io ti ho glorificato sulla terra*, ha parlato così: come se avesse fatto ciò che avrebbe fatto; [e] qui, invece, che

quoniam tres sunt Pater et Filius et Spiritus sanctus; sed ipsa Trinitas unus est Deus. Si ergo eo modo te glorificat Filius *sicut dedisti ei potestatem omnis carnis*, et sic dedisti, *ut omne quod dedisti ei, det eis vitam aeternam*, et, *haec est vita aeterna, ut cognoscant te*; sic te igitur Filius glorificat, ut omnibus quos dedisti ei, te cognitum faciat. Porro si cognitio Dei est vita aeterna, tanto magis vivere tendimus, quanto magis in hac cognitione proficimus. Non autem moriemur in vita aeterna: tunc ergo Dei cognitio perfecta erit, quando nulla mors erit. Summa tunc Dei clarificatio; quia summa gloria,

quae graece dicitur *δόξα*. Unde dictum est *δόξασον*, quod latini quidam interpretati sunt, clarifica; quidam, glorifica.

A veteribus autem gloria, qua gloriosi homines dicuntur, ita est definita: Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. At si homo laudatur cum famae creditur, quomodo Deus laudabitur quando ipse videbitur? Propter quod scriptum est: *Beati qui habitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te*. Ibi erit Dei sine fine laudatio, ubi erit Dei plena cognitio; et quia plena cognitio, ideo summa clarificatio vel glorificatio.

4. Sed prius hic clarificatur Deus, dum annuntiatus hominibus innotescit, et per fidem credentium praedicatur. Propter quod dicit:

Ego te clarificavi super terram, opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam. Non ait, iussisti; sed, *dedisti*: ubi commendatur evidens gratia. Quid enim habet quod non accepit, etiam in Unigenito humana natura? An non accepit, ut nihil mali, sed bona faceret omnia, quando in unitatem personae suscepta est a Verbo, per quod facta sunt omnia? Sed quomodo consummavit opus quod accepit ut faciat, cum restet adhuc passionis experimentum, ubi martyribus suis maxime praebuit quod sequerentur exemplum; unde ait apostolus Petrus: *Christus passus est pro nobis relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius*: nisi quia consummasse se dicit quod se consummaturum esse certissime novit? Sicut longe ante in prophetia praeteriti temporis usus est verbis, quando post annos plurimos futurum fuerat quod dicebat: *Foderunt*, inquit, *manus meas et pedes, dinumeraverunt omnia ossa mea*; non ait: Fodient et dinumerabunt. Et in hoc ipso Evangelio: *Omnia*, inquit, *quae audivi a Patre meo, nota feci vobis*: quibus ait postea: *Adhuc multa habeo vobis dicere; sed non potestis illa portare modo*.

Qui enim certis et immutabilibus causis omnia futura praedestinavit, quidquid facturus est fecit: nam et per prophetam dictum de illo est: *Qui fecit quae futura sunt*.

5. Secundum hoc etiam quod sequitur dicit:

Et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetipsum, claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te. Nam supra dixerat: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te*: in quo verborum ordine ostenderat prius a Patre clarificandum Filium, ut Patrem clarificaret et Filius.

Modo autem dicit: *Ego te clarificavi super terram, opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam; et nunc clarifica me*; tamquam prior ipse Patrem clarificaverit, a quo deinde ut clarificetur exposcit. Ergo intellegendum est utroque verbo superius usum secundum id quod futurum erat, eoque ordine quo futurum erat:

Clarifica Filium, ut te clarificet Filius: modo vero usum fuisse verbo praeteriti temporis de re futura, ubi ait: *Ego te clarificavi super terram, opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam*. Deinde dicendo: *Et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetipsum*, quasi posterius esset clarificandus a Patre, quem prius ipse clarificaverat; quid ostendit, nisi superius ubi ait: *Ego te clarificavi super terram*, ita locutum se fuisse, tanquam fecisset quod facturus esset;

^[1] Gv 17, 4

^[2] 1Pt 2, 21 Vulg.: “Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus.”; Sabatier in nota: “Augustinus tract. 21 in Joh. to. 3. p. 2. col. 461. g. Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia ejus: sicque rursum tract. 84. 88. 105. & 124. col. 709. c. 716. a. 761. f. & 822. g.”;

^[3] NCEI traduce “hanno scavato le mie mani e i miei piedi. Posso contare tutte le mie ossa.”; adotto traduzione più fedele a Vulg.

^[4] Is 45, 11 sec. LXX; VL “qui fecit ventura”; Sabatier in nota: “Hilar. 1. 4. de Trin. col. 849. c. Quoniam sic dicit Dominus Deus sanctus Israel, qui fecit quae ventura sunt ... Julian. Pelag. Ap. August. l. 1. op. imp. to. 10. 951. c. hab. Quia sic dicit Dominus Deus Israel sanctus, qui fecit futura ... Ambros. l. 5. de fide, col. 587. b. qui fecit quae adventura sunt. & supra, l. 1. col. 463. d. qui fecit quae ventura sunt. Gregor. M. l. 30. Moral. to. 1. col. 964. d. qui fecit quae futura sunt: similiter l. 1. hom. 10. in Ezech. col. 1273. b. cui lectioni etiam favet Hilar. l. 12. de Trin. col. 1. 1132. c. necnon August. in Joh. 14. to. 3. 679. d. Non enim ait, inquit, qui facturus est quae futura sunt, sed, qui fecit quae futura sunt: Vide etiam inf. 733. c.”

^[5] Gv 17, 5

^[6] Gv 17, 4-5

hic autem poposcisse ut Pater faceret, per quod illud Filius facturus esset, id est, ut Pater clarificaret Filium, per quam Filii clarificationem etiam Filius esset clarificaturus Patrem? Denique si de re quae futura erat ponamus etiam futuri temporis verbum, ubi pro tempore futuro posuit ipse praeteritum, nulla sententiae remanebit obscuritas, velut si dixisset: Ego te clarificabo super terram; opus consummabo, quod dedisti mihi ut faciam, *et nunc clarifica me, tu Pater, apud temetipsum*. Nempe ita planum est, sicut illud ubi ait: *Clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te*. Et ipsa est omnino sententia, nisi quia hic dictus est ejusdem clarificationis modus, ibi autem tacitus, tanquam illud isto exponeretur eis quos poterat permovere quomodo Pater Filium, et maxime quomodo Patrem clarificaret Filius.

Dicendo enim clarificari a se Patrem super terram, se autem a Patre apud eumdem Patrem, modum profecto utriusque clarificationis ostendit. Ipse quippe Patrem clarificavit super terram, eum gentibus praedicando. Pater vero ipsum apud semetipsum, ad suam dexteram collocando. Sed ideo postea de clarificando Patre, ubi ait: *Ego te clarificavi*, verbum praeteriti temporis ponere maluit, ut monstraret in praedestinatione iam factum, et pro iam facto habendum quod certissime fuerat futurum; id est, ut a Patre apud Patrem glorificatus, Patrem super terram glorificaret et Filius.

Sed hanc praedestinationem in sua clarificatione manifestius aperuit, qua eum clarificavit Pater, in eo, quod adjunxit: *Claritate quam habui priusquam mundus esset apud te*. Ordo verborum est quam habui apud te priusquam mundus esset.

Ad hoc valet quod ait: *Et nunc clarifica me*.

Hoc est, sicut tunc, ita et nunc. Sicut tunc praedestinatione, ita et nunc perfectione fac in mundo, quod apud te iam fuerat ante mundum. Fac in suo tempore quod ante omnia tempora statuisti. Hoc quidam sic intelligendum putaverunt tanquam natura humana, quae suscepta est a Verbo, converteretur in Verbum, et homo mutaretur in Deum, imo si diligentius quod opinati sunt cogitemus, homo periret in Deo. Non enim quisquam ex ista mutatione hominis vel duplicari Dei Verbum dicturus est, vel augeri, ut aut duo sint quod unum fuit, aut amplius sit quod minus fuit. Porro si natura humana in Verbum mutata atque conversa Verbum Dei quantum erat, et quod erat? Hoc erit: ubi est homo, si non periiit?

Sed ad hanc opinionem, quam veritati prorsus non video convenire, nihil nos urget, si Filio dicente: *Et nunc clarifica me, tu Pater, apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus esset apud te*, intelligamus praedestinationem claritatis humanae quae in illo est naturae, ex mortali immortalis apud Patrem futurae; et hoc iam praedestinando factum fuisse antequam mundus esset, quod in mundo etiam, **si toto** tempore fieret. Si enim de nobis dixit Apostolus: *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem* (Ephes. I), cur abhorrere putatur a vero, si tunc Pater caput nostrum glorificavit, quando nos in ipso, ut membra ejus essemus, elegit? Sic enim nos electi, quomodo ipse clarificatus, quia priusquam mundus esset, nec nos eramus, nec ipse Mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus (Rom. IV)¹⁹. Sed ille qui per ipsum, in quantum verbum ejus est, etiam quae futura sunt fecit, *et vocat ea quae non sunt tanquam sint* (Rom. IV)²⁰, profecto secundum id, quod Mediator Dei et hominum homo est, ante mundi constitutionem pro nobis Deus Pater glorificavit ipsum, sicut tunc elegit etiam nos in ipso. Quid enim dicit Apostolus? *Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt. Quos enim praescivit et praedestinavit, conformes fieri imaginis Filii ejus, ut sit primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, illos et vocavit.*²¹

Nisi forte ipsum praedestinatum dicere formidabimus, quia de nobis tantum, ut efficiamur, conformes imaginis ejus, hoc dixisse videtur Apostolus.

ha chiesto che il Padre faccia ciò per cui il Figlio lo avrebbe fatto, cioè: che il Padre glorifichi il Figlio e, grazie a questa glorificazione del Figlio, anche il Figlio possa glorificare il Padre? Insomma, se per una cosa futura mettiamo anche il verbo al futuro, dove invece del tempo futuro ha messo il passato, non rimarrà più nessuna oscurità di significato, come se egli avesse detto: Io ti glorificherò sulla terra; compirò l'opera che mi hai dato da fare; *e ora glorificami, Padre, davanti a te*. Dunque questo è chiaro, così come ciò dove dice: *Glorifica tuo Figlio, perché il Figlio glorifichi te*. Ed è assolutamente la stessa cosa, se non che qui è detto il modo di questa glorificazione, mentre lì è taciuto, come se con ciò lo si spiegasse a coloro che potevano chiedersi in che modo il Padre glorificasse il Figlio, e soprattutto in che modo il Figlio il Padre. Dicendo, infatti, che il Padre sarà glorificato da lui sulla terra, e lui invece dal Padre presso il Padre medesimo, di certo mostra il modo di entrambe le glorificazioni. Infatti lui stesso ha glorificato il Padre sulla terra, predicandolo alle genti; il Padre invero ha glorificato lui presso di sé, collocandolo alla sua destra. Ma per questo poi, riguardo al Padre da glorificare, dove dice: *Io ti ho glorificato*, ha preferito porre il verbo al tempo passato, per mostrare la [cosa] già fatta nella predestinazione, e da ritenersi per già fatto ciò che certissimamente sarebbe avvenuto; e cioè che, in quanto glorificato dal Padre presso il Padre, anche il Figlio avrebbe glorificato il Padre sulla terra.

Però rivela più manifestamente questa questa predestinazione nella sua glorificazione, con la quale il Padre lo ha glorificato, in ciò che aggiunse: *con quella gloria che io avevo presso di te prima che il mondo fosse*. L'ordine delle parole è: che avevo presso di te prima che il mondo fosse. In merito a ciò vale ciò che dice: *ed ora glorificami*. Cioè, come allora, così anche ora. Come allora nella predestinazione, così anche ora nella compiutezza fa' nel mondo ciò che presso te già era prima del mondo. Fa' a suo tempo ciò che prima di tutti i tempi hai stabilito. Taluni hanno ritenuto di dover intendere ciò come se la natura umana, assunta dal Verbo, si dovesse trasformare nel Verbo, e l'uomo mutarsi in Dio; se, anzi, meditassimo più diligentemente il loro pensiero, l'uomo dovesse scomparire in Dio. Nessuno infatti per questa mutazione dell'uomo dirà che il Verbo di Dio è duplicato, o accresciuto, così da essere due ciò che fu uno, o più ampio ciò che era meno. Inoltre, se la natura umana è mutata e convertita nel Verbo, il Verbo di Dio quanto era, e che cos'era? Che sarebbe: dov'è l'uomo se non scompare?

Ma nulla ci spinge verso questa opinione, che non vedo affatto concordare con la verità, se, quando il Figlio dice: *E ora, Padre, glorificami davanti a te con quella gloria che io avevo presso di te prima che il mondo fosse*, intendiamo la predestinazione della gloria dell'umana natura, che è in lui, che da mortale diventerà immortale presso il Padre; e che, nella predestinazione, fosse già compiuto prima che il mondo fosse, ciò che anche nel mondo si compirà, nella pienezza del tempo²³. Se infatti di noi l'Apostolo disse: *ci ha scelti prima della creazione del mondo* (Ef 1, 4), perché ritenere ripugnante per la verità, se il Padre glorificò il nostro capo, allorquando in lui ci ha eletti perché fossimo sue membra? Noi infatti siamo stati eletti, così come lui glorificato, in quanto prima che il mondo fosse non esistevamo né noi né lo stesso *Mediatore fra Dio e gli uomini, l'uomo Cristo Gesù* (1Tm 2, 5). Ma colui, che per mezzo di Lui - in quanto è il suo Verbo - ha fatto anche le cose che saranno e *chiama le cose che non sono come se fossero* (Rm 4, 17) - senz'altro in quanto Mediatore di Dio e degli uomini e uomo - quello stesso Dio Padre ha glorificato per noi prima della formazione del mondo, così come allora ha eletto anche noi in lui. Che dice infatti l'Apostolo? *Del resto, noi sappiamo che tutto concorre al bene, per quelli che amano Dio, per coloro che sono stati chiamati secondo il suo disegno. Poiché quelli che egli da sempre ha conosciuto, li ha anche predestinati a essere conformi all'immagine del Figlio suo, perché egli sia il primogenito tra molti fratelli; quelli poi che ha predestinato, li ha anche chiamati*.

Se non che forse temeremo di dire che lui stesso è predestinato, perché sembra che l'Apostolo abbia detto ciò soltanto di noi, “conformi alla immagine sua”, perché lo diventiamo.

hic autem poposcisse ut Pater faceret, per quod illud Filius facturus esset, id est, ut Pater clarificaret Filium, per quam Filii clarificationem etiam Filius clarificaturus esset Patrem? Denique si de re quae futura erat, ponamus etiam futuri temporis verbum, ubi pro tempore futuro posuit ipse praeteritum, nulla sententiae remanebit obscuritas: veluti si dixisset: Ego te clarificabo super terram, opus consummabo quod dedisti mihi ut faciam: et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetipsum. Nempe ita planum est, sicut illud ubi ait: *Clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te*: et ipsa est omnino sententia, nisi quia et hic dictus est eiusdem clarificationis modus, ibi autem tacitus; tamquam illud isto exponeretur eis quos poterat permovere, quomodo Pater Filium, et maxime quomodo Patrem clarificaret et Filius.

Dicendo enim clarificari a se Patrem super terram, se autem a Patre apud eumdem Patrem, modum profecto utriusque clarificationis ostendit. Ipse quippe Patrem clarificavit super terram, eum gentibus praedicando; Pater vero ipsum apud semetipsum, ad suam dexteram collocando. Sed ideo postea de clarificando Patre ubi ait: *Ego te clarificavi*, verbum praeteriti temporis ponere maluit, ut monstraret in praedestinatione iam factum, et pro iam facto habendum quod certissime fuerat futurum; id est, ut a Patre apud Patrem glorificatus, Patrem super terram glorificaret et Filius.

6. Sed hanc praedestinationem in sua clarificatione manifestius aperuit, qua eum clarificavit Pater, in eo quod adiunxit: *Claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te*. Ordo verborum est, *quam habui apud te, priusquam mundus esset*.

Ad hoc valet quod ait: *Et nunc clarifica me*;

hoc est, sicut tunc, ita et nunc; sicut tunc praedestinatione, ita et nunc perfectione: fac in mundo, quod apud te iam fuerat ante mundum; fac in suo tempore, quod ante omnia tempora statuisti. Hoc quidam sic intellegendum putarunt, tanquam natura humana quae suscepta est a Verbo, converteretur in Verbum, et homo mutaretur in Deum; imo, si diligentius quod opinati sunt cogitemus, homo periret in Deo. Non enim quisquam ex ista mutatione hominis vel duplicari Dei Verbum dicturus est, vel augeri, ut aut duo sint quod unum fuit, aut amplius sit quod minus fuit. Porro si natura humana in Verbum mutata atque conversa, Verbum Dei quantum erat et quod erat hoc erit, ubi est homo si non perit?

7. Sed ad hanc opinionem, quam veritati prorsus non video convenire, nihil nos urget, si Filio dicente: *Et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetipsum, claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te*, intellegamus praedestinationem claritatis humanae quae in illo est naturae, ex mortali immortalis apud Patrem futurae; et hoc iam praedestinando factum fuisse antequam mundus esset, quod in mundo etiam **suo** tempore fieret. Si enim de nobis dixit Apostolus: *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem*; cur abhorrere putatur a vero, si tunc Pater caput nostrum glorificavit, quando nos in ipso, ut membra eius essemus, elegit? Sic enim nos electi, quomodo ipse clarificatus; quia priusquam mundus esset, nec nos eramus, nec ipse mediator Dei et hominum homo Christus Iesus. Sed ille qui per ipsum in quantum Verbum eius est, etiam *quae futura sunt fecit, et vocat ea quae non sunt, tanquam sint*; profecto secundum id quod mediator Dei et hominum homo est, ante mundi constitutionem pro nobis Deus Pater glorificavit ipsum, si tunc elegit etiam nos in ipso. Quid enim dicit Apostolus? *Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt. Quos enim praescivit, et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii eius, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos autem praedestinavit, illos et vocavit*.

8. Nisi forte ipsum praedestinatum dicere formidabimus, quia de nobis tantum ut efficiamur conformes imaginis eius, hoc dixisse videtur Apostolus.

Quasi vero quisquam regulam fidei fideliter intuens, Filium Dei negaturus est praedestinatum, qui eum negare hominem non potest.

¹⁹ In realtà 1Tm 2, 5.

²⁰ Rm 4, 17 Vulg.: “et vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt”; Sabatier in nota: “August. ... & l. de nat. ho. to. 8. col. 508. b. & tract. 105 in Joh. col. 763. e. qui, al. &, vocat ea, quae non sunt, tanquam sint. S. Paulin. Epist. 49. p. 287. b. vocat ea, qua non sunt, tanq. qua sint.”. NCEI traduce “e chiama all’esistenza le cose che non esistono”; il contesto del Commento esige apposita traduzione.

²¹ Rm 8, 28-30 Vulg. ha: “... iis qui secundum propositum vocati sunt sancti. ...”

²³ Con questa variante mi pare che Beda abbia voluto sottolineare la valenza escatologica della nostra glorificazione. Letteralmente dovrebbe essere: “se nel tempo tutto intero / completo”.

Recte quippe dicitur, non praedestinatus, secundum id, quod est Verbum Dei, Deus apud Deum. Ut quid enim praedestinaretur, eum jam esset quod erat, sine initio, sine termino, sempiternus? Illud autem praedestinandum erat, quod nondum erat, ut sic suo tempore fieret, quemadmodum ante omnia tempora praedestinatum erat ut fieret. Quisquis igitur Dei Filium praedestinatum negat, hunc eumdem Filium hominis negat. Sed propter contentiosos etiam hinc audiamus Apostolum in suarum exordio litterarum:

Paulus servus Iesu Christi

*Paulus servus Jesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui praedestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum.*²² Secundum hanc ergo praedestinationem etiam clarificatus est, **priusquam** mundus esset, ut esset claritas ejus, ex resurrectione mortuorum, apud Patrem, ad cuius dexteram sedet. Cum ergo videret illius praedestinaetae suae clarificationis venisse jam tempus, ut et nunc fieret in redditione quod fuerat in praedestinatione jam factum, oravit, dicens: *Et nunc clarifica me, tu Pater, apud temetipsum, claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te*, tanquam diceret claritate quam habui apud te, id est, illam claritatem quam habui apud te in praedestinatione tua, tempus est ut habeam etiam vivens in dextera tua.

Paulus servus Iesu Christi

*Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo.*²⁴ Quod si de his tantum dicit discipulis, cum quibus coenavit, et ad quos antequam orare inciperet, tam multa locutus est, non pertinet hoc ad illam clarificationem, sive (ut alii interpretati sunt) glorificationem, de qua superius loquebatur, qua Filius clarificat, vel glorificat Patrem. Quanta est enim, vel qualis gloria, duodecim vel undecim potius innotuisse mortalibus? Si autem quod ait: *Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo*, omnes hic intelligi voluit, etiam qui in eum fuerant credituri, ad ejus magnam, quae futura erat ex omnibus gentibus, Ecclesiam, pertinentes, de qua in psalmo canitur: *In Ecclesia magna confitebor tibi (Psal. XXXIV)*²⁵, est plane ista clarificatio, qua Filius clarificat Patrem, cum ejus nomen notum facit omnibus gentibus, et tam multis generationibus hominum. Et tale hoc est quod hic ait: *Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo*, quale illud quod paulo ante dixerat: *Ego te clarificavi super terram*²⁶; pro tempore futuro, et illic et hic praeteritum ponens, sicut qui sciret praedestinatum esse ut id fieret, et ideo fecisse se dicens, quod erat sine ulla dubitatione facturus.

Paulus servus Iesu Christi

Sed de his qui jam erant discipuli ejus, non de omnibus qui in illum fuerant credituri, eum dixisse quod dixit: *Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo*, ea quae sequuntur credibilius esse demonstrant. Cum enim hoc dixisset, adjunxit:

*Tui erant, et mihi eos dedisti, et sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt quia omnia quae dedisti mihi abs te sunt, quia verba, quae dededisti mihi, dedi eis, et ipsi acceperunt et cognoverunt vere, quia a te exii, et crediderunt, quia tu me misisti.*²⁷ Quanquam et haec omnia de omnibus futuris fidelibus dici potuerunt **specie** perfecta, cum adhuc essent futura, sed ut de his solis quod tunc habebat discipulis haec loqui intelligatur, illud magis

Giustamente perciò viene detto, non predestinato, per via del fatto che è Verbo di Dio, Dio presso Dio. Perché infatti essere predestinato, se già egli era ciò che era, senza inizio, senza termine, sempiterno? Ma ciò che ancora non era, quello doveva essere predestinato, perché così, a suo tempo, divenisse come prima di tutti i tempi era stato predestinato che divenisse. Chi dunque nega che il Figlio di Dio è predestinato, nega che lo stesso è il Figlio dell'uomo. Ma per quelli che contestano, anche in questo ascoltiamo l'Apostolo nell'indirizzo delle sue lettere:

Paolo, servo di Cristo Gesù

Paolo, servo di Cristo Gesù, apostolo per chiamata, scelto per annunciare il vangelo di Dio – che egli aveva promesso per mezzo dei suoi profeti nelle sacre Scritture e che riguarda il Figlio suo, nato dal seme di Davide secondo la carne, predestinato Figlio di Dio con potenza, secondo lo Spirito di santità, in virtù della risurrezione dei morti. Secondo questa predestinazione, dunque, è stato anche glorificato prima che il mondo fosse, benché la sua gloria, dalla risurrezione dei morti, fosse presso il Padre, alla cui destra siede. Vedendo perciò che era giunto il tempo della sua predestinata glorificazione, perché anche ora nella restituzione si realizzasse ciò che nella predestinazione era già compiuto, pregò dicendo: *E ora, Padre, glorificami davanti a te con quella gloria che io avevo presso di te prima che il mondo fosse*, come a dire: la gloria che avevo presso di te, cioè quella gloria che avevo presso di te nella tua predestinazione, è tempo che io l’abbia anche vivendo alla tua destra.

Paolo, servo di Cristo Gesù

Ho manifestato il tuo nome agli uomini che mi hai dato dal mondo. Che se dice solo di questi discepoli con i quali aveva cenato e ai quali, prima di cominciare a pregare, aveva detto tante cose, ciò non pertiene a quella glorificazione (o, come altri traducono) manifestazione di gloria, di cui più sopra si parlava, con cui il Figlio glorifica, o manifesta la gloria del Padre. Quanta è infatti, o quale gloria, l'essersi fatto conoscere a dodici o piuttosto undici mortali? Se invece con ciò che disse: *Ho manifestato il tuo nome agli uomini che mi hai dato dal mondo*, volle qui intendere tutti, anche quelli che avrebbero creduto in lui, appartenenti alla sua grande Chiesa, che sarebbe sorta da tutte le genti, della quale nel salmo si canta: *Ti renderò grazie nella grande Chiesa* (Sal 34, 18), è senza dubbio questa la glorificazione con cui il Figlio glorifica il Padre, quando rende noto il suo nome a tutte le genti e a moltissime generazioni di uomini. E ciò che qui dice: *Ho manifestato il tuo nome agli uomini che mi hai dato dal mondo*, è tale e quale a ciò che poco prima aveva detto: *Io ti ho glorificato sulla terra*; sia lì che qui ponendo il passato al posto del tempo futuro, come chi sappia che è predestinato che ciò avvenga, e pertanto dicendo d'aver già fatto ciò che avrebbe fatto senza alcun dubbio.

Ma ciò che segue dimostri essere più credibile che egli abbia detto di coloro che già erano suoi discepoli, non tutti coloro che avrebbero creduto, ciò che disse: *Ho manifestato il tuo nome agli uomini che mi hai dato dal mondo*, Infatti, detto questo, aggiunse:

Erano tuoi e li hai dati a me, ed essi hanno osservato la tua parola. Ora essi sanno che tutte le cose che mi hai dato vengono da te, perché le parole che hai dato a me io le ho date a loro. Essi le hanno accolte e sanno veramente che sono uscito da te e hanno creduto che tu mi hai mandato. Benché anche tutte queste avrebbero potuto essere dette di tutti i futuri fedeli, perfette nella specie, pur essendo ancora future; tuttavia ancor più ci induce a ritenere che abbia detto ciò dei soli discepoli che aveva

Recte quippe dicitur non praedestinatus secundum id quod est Verbum Dei, Deus apud Deum. Utquid enim praedestinaretur, cum iam esset quod erat, sine initio, sine termino sempiternus? Illud autem praedestinandum erat, quod nondum erat, ut sic suo tempore fieret, quemadmodum ante omnia tempora praedestinatum erat ut fieret. Quisquis igitur Dei Filium praedestinatum negat, hunc eumdem filium hominis negat. Sed propter contentiosos etiam hinc audiamus Apostolum in suarum exordio Litterarum.

Nam et in prima Epistolarum eius, quae est ad Romanos, et ipsius Epistolae principium est, ubi legitur:

Paulus servus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui praedestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum.

Secundum hanc ergo praedestinationem etiam clarificatus est **antequam** mundus esset, ut esset claritas eius ex resurrectione mortuorum apud Patrem, ad cuius dexteram sedet. Cum ergo videret illius praedestinaetae suae clarificationis venisse iam tempus, ut et nunc fieret in redditione, quod fuerat in praedestinatione iam factum, oravit dicens: *Et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetipsum,*

claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te: tamquam diceret: Claritatem quam habui apud te, id est, illam claritatem quam habui apud te in praedestinatione tua, tempus est ut apud te habeam etiam vivens in dextera tua.

Sed quoniam diu nos tenuit huius discussio quaestionis, alio quae sequuntur sermone tractanda sunt.

Paulus servus Iesu Christi

^[1] Rm 1, 1-4. NCEI traduce “praedestinatus” con “costituito”. Lo svolgersi del Commento esige che venga mantenuto “predestinato”.

^[2] Gv 17, 6

^[3] Sal 34, 18; NCEI traduce: “Ti renderò grazie nella grande assemblea”. Il contesto del Commento impone di mantenere il termine “Chiesa”.

^[4] Gv 17, 4

^[5] Gv 17, 6-8

urget, quod paulo post ait: *Cum essem cum eis, ego salvabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodivi; et nemo ex iis periit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur.*²⁸ Judam significans, qui tradidit eum. Ex isto quippe duodenario numero apostolorum solus ille periit. Deinde subiungit: *Nunc autem ad te venio.*²⁹ Unde manifestum est eum de corporali sua dixisse praesentia: *Cum essem cum eis, ego servabam eos*, veluti iam cum eis ea praesentia non esset.

Eo modo enim significare voluit ascensionem suam mox futuram, de qua dixit: *Nunc autem ad te venio*, iturus utique ad dexteram Patris, unde venturos est vivos et mortuos iudicare, praesentia itidem corporali secundum fidei regulam sanamque doctrinam; nam praesentia spiritali cum eis erat utique futurus post ascensionem suam, et cum tota Ecclesia sua in hoc mundo usque in consummationem saeculi³⁰.

Unde non utique recte intelliguntur de quibus dixerit: *Cum essem cum eis, ego servabam eos*, nisi hi quos in se credentes servare iam coeperat praesentia corporali, et quos relicturus fuerat absentia corporali, ut eos cum Patre servaret praesentia spiritali. Post vero adiungit et caeteros suos, ubi dicit: *Non pro his autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt in me per verbum eorum*³¹; ubi manifestius ostendit quod non de omnibus ad eum pertinentibus superius loqueretur, ab eo loco ubi ait: *Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi*, sed de his tantum qui eum cum illa diceret audiebant.

Ab ipso itaque orationis ejus exordio, ubi, sublevatis oculis in coelum dixit: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te*,³² usque ad illud quod paulo post ait: *Et nunc clarifica me, tu Pater, apud te ipsum, claritate quam habui antequam mundus esset, apud te*,³³ omnes suos volebat intelligi, quibus notum faciendo Patrem, clarificat eum. Cum enim dixisset: *Ut Filius tuus clarificet te*, mox quemadmodum id fieret demonstravit, dicens: *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei det eis vitam aeternam. Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum.*³⁴

Non enim potest cognitione hominum clarificari Pater, nisi et ille cognoscatur, per quem clarificatur, id est, per quem populis innotescit.

Haec est clarificatio Patris, quae non circa solos illos apostolos facta est, sed circa omnes homines fit, quibus suis membris caput est Christus.

Neque enim de solis apostolis potest intelligi: *Sicut dedisti eis potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam aeternam*,

sed utique de omnibus quibus in eum credentibus vita aeterna donatur.

Jam nunc ergo videamus quid de illis a quibus tunc audiebatur discipulis suis dicat: *Manifestavi, inquit, nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi*. Non ergo noverant Dei nomen, cum essent Iudaei? et ubi est, quod legitur: *Notus in Iudaea Deus, in Israel magnum nomen ejus (Psal. LXXV)?* Ergo manifestavi nomen tuum hominibus istis, quos dedisti mihi de mundo, qui me audiunt haec dicentem, non illud nomen tuum, quo vocaris Deus, sed illud quo vocaris Pater meus, quod nomen manifestari sine ipsius Filii manifestatione non posset. Nam quod Deus dicitur,

etiam omnibus gentibus ante quam in Christum crederent,

non omnimodo esse potuit hoc nomen **incognitum**. Haec est enim vis verae divinitatis, ut creaturae rationali iam ratione utenti non omnino ac penitus possit abscondi. Exceptis enim paucis, in quibus natura nimium depravata est, universum genus humanum Deum mundi hujus fatetur auctorem.

In hoc ergo, quod fecit hunc mundum coelo terraque conspicuum, et antequam imbuerentur in fide Christi, notus **est** omnibus gentibus. In hoc autem, quod non est injuriis suis et cum diis falsis colendus, notus in Iudaea Deus. In hoc vero, quod Pater est hujus Christi, per quem tollit peccatum mundi (*Joan. I*), hoc nomen ejus prius occultum omnibus, nunc manifestavit eis quos dedit ei Pater ipse de mundo.

Sed quomodo manifestavit, si nondum venit hora de qua superius dixerat quod veniret

allora, quanto poco dopo dice: *Quand’ero con loro, io li salvavo nel tuo nome, quelli che mi hai dato, e li ho conservati, e nessuno di loro è andato perduto, tranne il figlio della perdizione, perché si compisse la Scrittura*. Intende Giuda, che lo tradi. Certo di questo numero dodici degli apostoli solo lui si è perduto. Poi soggiunge: *Ma ora io vengo a te*. Quindi è manifesto che abbia detto della sua presenza corporale: *Quand’ero con loro, io li custodivo nel tuo nome*, come se già non fosse con loro con tale presenza.

In questo modo infatti volle annunciare imminente la sua ascensione, di cui disse: *Ma ora io vengo a te*, sta per andare alla destra del Padre, donde verrà a giudicare i vivi e i morti, parimenti con la presenza corporale, secondo la regola della fede e la sana dottrina; con la presenza spirituale, infatti, sarebbe comunque stato con loro dopo la sua ascensione, e con tutta la Chiesa in questo mondo fino alla consumazione dell’*evo*. Perciò certo non sono intesi rettamente coloro di cui aveva detto: *Quand’ero con loro, io li custodivo*, se non quanti, credendo in lui, aveva già cominciato a conservare con la sua presenza corporale, e che stava per lasciare a causa dell’assenza corporale, per conservarli col Padre nella presenza spirituale. Poi invero aggiunge anche gli altri suoi, dove dice: *[Ma] Non prego solo per questi, ma anche per quelli che crederanno in me mediante la loro parola*; dove più manifestamente mostra che non di tutti quelli che gli erano pertinenti aveva detto più sopra, in quel passo dove dice: *Ho manifestato il tuo nome agli uomini che mi hai dato*, ma soltanto di quelli che lo ascoltavano quando diceva quelle cose.

E così, dall’inizio della sua orazione, quando, *alzàti gli occhi al cielo, disse: «Padre, è venuta l’ora: glorifica il Figlio tuo perché il Figlio glorifichi te*, fin lì dove poco dopo disse: *E ora, Padre, glorificami davanti a te con quella gloria che io avevo presso di te prima che il mondo fosse*, voleva intendere tutti i suoi, nei quali, facendo loro conoscere il Padre, lo glorifica. Infatti quando dice: *perché il Figlio glorifichi te*, indica subito in che modo ciò ciò avverrà, dicendo: *Tu gli hai dato potere su ogni essere umano, perché egli dia la vita eterna a tutti coloro che gli hai dato. Questa è la vita eterna: che conoscano te, l’unico vero Dio, e colui che hai mandato, Gesù Cristo*. Infatti non può il Padre essere glorificato mediante la conoscenza degli uomini, se non si conosce anche colui per mezzo del quale viene glorificato, cioè per mezzo del quale viene reso noto ai popoli. Questa è la glorificazione del Padre, che non è avvenuta riguardo a quei soli Apostoli, ma avviene riguardo a tutti gli uomini: sue membra di cui capo è Cristo. Nè infatti si può intendere dei soli Apostoli: *Tu gli hai dato potere su ogni essere umano, perché egli dia la vita eterna a tutti coloro che gli hai dato*, ma certo di tutti coloro cui, credendo in lui, è donata la vita eterna.

Ma ormai vediamo cosa dice di quei suoi discepoli da cui allora era ascoltato: *Ho manifestato il tuo nome agli uomini che mi hai dato*. Dunque non conoscevano il nome di Dio, pur essendo Giudei? e dov’è che si legge: *Dio si è fatto conoscere in Giuda, in Israele è grande il suo nome. (Sal 75, 2)?* Ho manifestato, quindi, il tuo nome a questi uomini che mi hai dato dal mondo, che mi ascoltano mentre dico questo; non quel tuo nome con cui sei chiamato Dio, bensì quello con cui sei chiamato Padre mio, nome che non poteva essere manifestato senza la manifestazione dello stesso Figlio. Infatti, che sia detto Dio, questo nome non potè in ogni modo essere ignorato da tutte le genti, anche prima che credessero in Cristo. Tale infatti è la forza della vera divinità, che alla creatura razionale, ormai capace di ragionare, non può comunque rimanere del tutto nascosta. Infatti eccetto pochi, nei quali la natura è troppo depravata, l’intero genere umano riconosce Dio autore di questo mondo. In quanto ha fatto questo mondo visibile nel cielo e nella terra, egli è noto a tutte le genti, anche prima che fossero imbevute della fede di Cristo. In quanto invece non è da onorare, in modo ingiurioso per lui, anche insieme a falsi dei, Dio è noto in Giudea. In quanto, invero, è Padre di questo Cristo - per mezzo del quale *toglie il peccato del mondo* (Gv 1, 29), questo suo nome, prima sconosciuto a tutti, ora lo ha manifestato a coloro che il Padre stesso gli ha dato dal mondo. Ma in che modo lo ha manifestato, se ancora non è venuta l’ora di cui aveva

quod paulo post ait: *Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo: quos dedisti mihi custodivi, et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur*; Iudam significans qui tradidit eum: ex isto quippe duodenario numero Apostolorum solus periit. Deinde subiungit: *Nunc autem ad te venio*.

Unde manifestum est eum de corporali sua dixisse praesentia: *Cum essem cum eis, ego servabam eos*, veluti iam cum eis ea praesentia non esset.

Eo modo enim significare voluit ascensionem suam mox futuram, de qua dixit: *Nunc autem ad te venio*: iturus utique ad dexteram Patris; unde venturus est ad vivos et mortuos iudicandos praesentia itidem corporali, secundum fidei regulam sanamque doctrinam: nam praesentia spiritali cum eis erat utique futurus post ascensionem suam, et cum tota Ecclesia sua in hoc mundo usque in consummationem saeculi.

Non itaque recte intelliguntur de quibus dixerit: *Cum essem cum eis, ego servabam illos*, nisi hi quos in se credentes servare iam coeperat praesentia corporali, et quos relicturus fuerat absentia corporali, ut eos cum Patre servaret praesentia spiritali. Post vero adiungit et caeteros suos, ubi dicit: *Non pro his autem rogo tantum, sed et pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me*. Ubi manifestius ostendit quod non de omnibus ad eum pertinentibus superius loqueretur, ab eo loco ubi ait: *Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi*; sed de his tantum qui eum, cum illa diceret, audiebant.

Haec est glorificatio Patris quae circa omnes homines fit.

3. Ab ipso itaque orationis eius exordio, ubi *sublevatis oculis in coelum, dixit: Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te*, usque ad illud quod paulo post ait: *Et nunc clarifica me tu, Pater, apud te ipsum, claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te*; omnes suos volebat intellegi, quibus notum faciendo Patrem, clarificat eum. Cum enim dixisset, *ut Filius tuus clarificet te*; mox quemadmodum id fieret, demonstravit dicens: *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam aeternum: haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Iesum Christum*.

Non enim potest cognitione hominum clarificari Pater, nisi et ille cognoscatur per quem clarificatur, id est, per quem populis innotescit.

Haec est glorificatio Patris, quae non circa solos illos Apostolos facta est,

sed circa omnes homines fit, quibus suis membris caput est Christus.

Neque enim de solis Apostolis potest intellegi: *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam aeternam*;

sed utique de omnibus quibus in eum credentibus vita aeterna datur.

4. Iam nunc ergo videamus quid de illis, a quibus tunc audiebatur, discipulis suis dicat. *Manifestavi, inquit, nomen tuum hominibus quos dedisti mihi*. Non ergo noverant Dei nomen, cum essent Iudaei? Et ubi est quod legitur: *Notus in Iudaea Deus; in Israel magnum nomen eius?* Ergo manifestavi nomen tuum hominibus istis, *quos dedisti mihi de mundo*, qui me audiunt haec dicentem: non illud nomen tuum quo vocaris Deus, sed illud quo vocaris Pater meus; quod nomen manifestari sine ipsius Filii manifestatione non posset. Nam quod Deus dicitur **universae creaturae**,

etiam omnibus gentibus antequam in Christum crederent,

non omni modo esse potuit hoc nomen **ignotum**. Haec est enim vis verae divinitatis, ut creaturae rationali iam ratione utenti, non omnino ac penitus possit abscondi. Exceptis enim paucis in quibus natura nimium depravata est, universum genus humanum Deum mundi huius fatetur auctorem.

In hoc ergo quod fecit hunc mundum coelo terraque conspicuum, et antequam imbuerentur in fide Christi, notus omnibus gentibus **Deus**. In hoc autem quod non est iniuriis suis cum diis falsis colendus, notus in Iudaea Deus. In hoc vero quod Pater est huius Christi, per quem tollit peccatum mundi, hoc nomen eius prius occultum omnibus, nunc manifestavit eis quos dedit ei Pater ipse de mundo.

Sed quomodo manifestavit, si nondum venit hora de qua superius dixerat, quod veniret

²⁸ Gv 17, 12; NCEI traduce: “... , quello che mi hai dato”; il contesto esige che la traduzione venga rivista. Nella citazione c’è poi “salvabam” invece di “servabam”; si tratta certamente di errore perché subito dopo il passo viene citato correttamente. Ma è un lapsus simpatico che lascia intravedere il lento trascolorare dal latino al volgare; e se l’autore fosse Beda sarebbe davvero interessante. Lo mantengo adeguando la traduzione.

²⁹ Gv 17, 13

³⁰ cfr Mt 28, 20

³¹ Gv 17, 20 VUl.g.: “Non pro eis rogo tantum, ...”; VL: “Non pro his autem tantum rogo, ...”

³² Gv 17, 1

³³ Gv 17, 5

³⁴ Gv 17, 2-3

hora cum jam non in proverbiiis, inquit, loquar vobis, sed palam de Patre meo annuntiabo vobis³⁵? An vero annuntiatio manifesta putabitur in proverbiiis?

Cur ergo dictum est, *palam annuntiabo*, nisi quia in proverbiiis non est palam?

Quod autem non proverbiiis occultatur, sed verbis manifestatur, procul dubio palam dicitur. Quomodo ergo manifestavit, quod nondum palam dixit? Proinde sic intelligendum est pro tempore futuro praeteritum positum, quemadmodum illud: *Omnia quaecunque audivi a Patre meo, nota feci vobis*,³⁶ quod nondum fecerat, sed loquebatur quasi fecisset quod immobiliter esse praefixum sciebat ut faceret.

Quid est autem *Quos dedisti mihi de mundo*? Dictum est enim de illis quod non essent de mundo. Sed hoc regeneratio praestitit, non generatio. Quid est etiam, quod sequitur: *Tui erant, et mihi eos dedisti*? An aliquando erant Patris,

quando non erant unigeniti Filii ejus? et habuit aliquando Pater aliquid sine Filio?

Absit; veruntamen habuit aliquando aliquid Deus Filius, quod nondum habuit idem ipse homo Filius, quia nondum erat homo factus ex matre, quando tamen habebat universa cum Patre; quapropter dixit *Tui erant*.

Non se inde separavit Deus Filius, sine quo nihil unquam Pater habuit; sed solet ei tribuere omne quod potest, a quo est ipse qui potest. A quo enim habet ut sit, ab illo habet ut possit; et id simul utramque semper habuit, quia nunquam fuit, et non potuit. Quocirca quidquid potuit Pater, semper cum illo fuit et potuit, quoniam ille qui nunquam non fuit, et nunquam non potuit, nunquam sine Patre fuit, nunquam sine illo Pater fuit.

Quod itaque ait: *Et mihi eos dedisti*, hominem se accepisse hanc potestatem, ut eos haberet, ostendit, quoniam qui super omnes fuit non semper homo fuit. Quamobrem cum Patri potius tribuisse videatur ut ab eo illos acceperit, quoniam ex ipso est quidquid est, de quo est, etiam ipse sibi eos dedit, hoc est, cum Patre Deus Christus homini Christo, quod cum Patre non est, homines dedit. Denique qui hoc loco dicit: *Tui erant, et mihi eos dedisti*, iam superius eisdem discipulis dixerat:

Ego vos de mundo elegi.³⁷ Conteratur hic cogitatio carnalis, atque dispereat. De mundo sibi a Patre dicit Filius datos homines, quibus alio loco dicit: *Ego vos de mundo elegi*.

Cum Patre idem ipse homo Filius de mundo eos accepit a Patre. Non enim Pater illos filio dedisset, nisi elegisset. Ac per hoc Filius, sicut non inde separavit Patrem, quando dixit: *Ego vos de mundo elegi*, quoniam simul eos elegit et Pater, sic non inde separavit et se, quando dixit

Tui erant, quia et ipsius filii Pater erat. Nunc autem homo idem ipse Filius accepit eos, qui non erant ipsius, quia et formam servi ipsius accepit, id est, quae non erat ipsius.

Sequitur ac dicit: *Et sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt quia omnia quae dedisti mihi abs te sunt*, id est, cognoverunt quia abs te sum. Simul enim Pater dedit omnia, cum genuit, qui haberet omnia.

Quia verba, inquit, *quae dedisti mihi, dedi eis; et ipsi acceperunt*, id est, intellexerunt atque tenuerunt. Tunc enim verbum accipitur, quando mente percipitur.

Et cognoverunt vere quia a te exii, et crediderunt quia tu me misisti.

Et hic subaudiendum est *vere*. Quod enim dixit:

Cognoverunt vere, exponere voluit adiungendo: *Et crediderunt*. Hoc itaque crediderunt vere quod cognoverunt vere. Id enim est *a te exii*,

quod est: *Tu me misisti*. Cum ergo dixisset *Cognoverunt vere*,

ne quisquam putaret istam cognitionem jam per speciem factam, non per fidem, exponendo addidit *et crediderunt*, ut subaudiamus *vere*,

et intelligamus hoc dictum esse: *Cognoverunt vere*, quod est: Crediderunt vere;

non eo modo, quem significavit paulo ante, cum dixit: *Modo creditis*,

detto più sopra che sarebbe venuta l'ora in cui non vi parlerò più, dice, in modo velato e apertamente vi parlerò del Padre? O forse si considera manifesto un annuncio in parabole? Perché allora si dice, *apertamente parlerò*, se non perché in parabole non è apertamente? Peraltro ciò che non è nascosto con parabole, ma è manifestato con parole, senza dubbio è detto apertamente. In che modo allora aveva manifestato quanto ancora non aveva detto apertamente? Bisogna dunque intendere che il passato è messo invece del tempo futuro, come in quella [frase]: *tutto ciò che ho udito dal Padre mio l'ho fatto conoscere a voi*, il che non aveva ancora fatto, ma ne parlava quasi fosse fatto, poiché sapeva che era stato immutabilmente prefissato che fosse fatto.

Cos'è dunque *quelli che mi hai dato dal mondo*? È detto infatti di quelli in quanto non erano del mondo. Ma la rigenerazione compie ciò, non la generazione. Cos'è infatti ciò che segue: *Erano tuoi e li hai dati a me*? Forse che in un certo tempo erano del Padre, quando non erano del suo Figlio unigenito? e c'è stato un tempo in cui il Padre ha avuto qualcosa senza il Figlio? No di certo; a dire il vero c'è stato un tempo in cui Dio Figlio aveva qualcosa che ancora non aveva lui stesso uomo Figlio, perché non era ancora uomo fatto da madre, quando tuttavia aveva l'universo col Padre; perciò disse: *Erano tuoi*. Non si separa da lui Dio Figlio, senza il quale il Padre non ha mai avuto nulla; ma suole attribuire a lui tutto ciò che può, dal quale egli stesso è colui che può. Dal quale infatti ha l'essere, da lui ha il potere; e sempre ebbe insieme entrambe, perché mai fu, e non potè. Per la qual cosa tutto ciò che il Padre potè, sempre con lui fu e potè, perché lui che mai non fu, e mai non potè, mai fu senza il Padre, né mai il Padre fu senza lui.

Ciò che dunque dice: *e li hai dati a me*, mostra che egli, uomo, ha ricevuto questa potestà; perché lui che sempre fu sopra tutti non sempre fu uomo. Motivo per cui mentre sembra attribuire al Padre di averli ottenuti da lui, in quanto da lui è tutto ciò che è, dal quale è, tuttavia egli stesso li ha dati a se stesso, cioè, Dio Cristo col Padre ha dato gli uomini all'uomo Cristo - ciò che non è col Padre. Insomma, colui che in questo passo dice: *Erano tuoi, e li hai dati a me*, già più sopra aveva detto ai discepoli: *vi ho scelti io dal mondo*. Si calpesti qui ogni pensiero carnale, e scompaia. Il Figlio dice che il Padre gli ha dato gli uomini dal mondo, ai quali altrove dice: *vi ho scelti io dal mondo*.

Col Padre parimenti lo stesso Figlio uomo dal mondo li ha ricevuti dal Padre. Il Padre infatti non li avrebbe dati al figlio, se [egli] non li avesse scelti. E per ciò il Figlio, come non si separò il Padre da loro quando disse: *vi ho scelti io dal mondo*, perché insieme li scelse anche il Padre, così non separò neppure sè da loro, quando disse: *Erano tuoi*, in quanto era Padre anche del Figlio stesso. Ora, tuttavia, uomo, parimenti il Figlio stesso ricevette quelli che non erano suoi, perché ricevette anche la forma del servo stesso, cioè, ciò che non era suo.

Prosegue e dice: *ed essi hanno osservato la tua parola. Ora essi sanno che tutte le cose che mi hai dato vengono da te*, cioè sanno che io vengo da te. Nello stesso momento, infatti, il Padre ha dato ogni cosa, quando ha generato colui che avrebbe avuto ogni cosa. *Perché le parole che hai dato a me io le ho date a loro. Essi le hanno accolte*, cioè le hanno comprese e ritenute. La parola, infatti, si riceve allorquando la si percepisce con la mente. *E sanno veramente che sono uscito da te e hanno creduto che tu mi hai mandato*. Anche qui bisogna sottintendere *veramente*. Infatti ciò che disse: *sanno veramente*, lo volle spiegare aggiungendo: *e hanno creduto*. Dunque hanno veramente creduto ciò che hanno veramente conosciuto. Infatti *sono uscito da te* è come *tu mi hai mandato*. Poiché dunque aveva detto *hanno veramente conosciuto*, affinché nessuno ritenesse questa conoscenza formatasi per visione, non per fede, spiegando aggiunse: *e hanno creduto*, così che sottintendessimo *veramente*; e ci rendessimo conto che aver detto *hanno veramente conosciuto* è come hanno veramente creduto; Non però nel modo che aveva indicato poco prima quando disse: *Adesso*

hora cum iam non in proverbiiis, inquit, loquar vobis, sed palam de Patre meo annuntiabo vobis? An vero annuntiatio manifesta putabitur in proverbiiis?

Cur ergo dictum est: *Palam annuntiabo vobis*, nisi quia *in proverbiiis* non est *palam*?

quod autem non in proverbiiis occultatur, sed verbis manifestatur, procul dubio palam dicitur. Quomodo ergo manifestavit quod nondum palam dixit? Proinde sic intellegendum est, pro tempore futuro praeteritum positum, quemadmodum illud: *Omnia quae audivi a Patre meo, nota feci vobis*: quod nondum fecerat, sed loquebatur quasi fecisset, quod immobiliter esse praefixum sciebat ut faceret.

5. Quid est autem: *Quos dedisti mihi de mundo*? Dictum est enim de illis quod non esset de mundo. Sed hoc illis regeneratio praestitit, non generatio. Quid est etiam quod sequitur: *Tui erant et mihi eos dedisti*? An aliquando erant Patris,

quando non erant unigeniti Filii eius; et habuit aliquando Pater aliquid sine Filio?

Absit. Veruntamen habuit aliquid aliquando Deus Filius, quod nondum habuit idem ipse homo Filius; quia nondum erat homo factus ex matre, quando tamen habebat universa cum Patre. Quapropter quod dixit: *Tui erant*,

non inde se separavit Deus Filius, sine quo nihil unquam Pater habuit; sed solet ei tribuere omne quod potest, a quo est ipse qui potest. A quo enim habet ut sit, ab illo habet ut possit; et simul utrumque semper habuit, quia nunquam fuit et non potuit. Quocirca quidquid potuit Pater, semper cum illo Filius potuit; quoniam ille qui nunquam fuit et non potuit, nunquam sine Patre fuit, nunquam sine illo Pater fuit.

Ac per hoc sicut Pater aeternus omnipotens, ita Filius coaeternus omnipotens; et si omnipotens, utique omnitenens. Id enim potius verbum e verbo interpretamur, si proprie volumus dicere, quod a Graecis dicitur *παντοκράτωρ* quod nostri non sic interpretarentur, ut omnipotens dicerent, cum sit *παντοκράτωρ* omnitenens, nisi tantumdem valere sentirent. Quid ergo unquam habere potuit aeternus omnitenens, quod non simul habuerit coaeternus omnitenens?

Quod itaque ait: *Et mihi eos dedisti*, hominem se accepisse hanc potestatem ut eos haberet, ostendit; quoniam qui semper omnipotens fuit, non semper homo fuit. Quamobrem, cum Patri potius tribuisse videatur ut ab eo illos acceperit quoniam ex ipso est quidquid est de quo est; etiam ipse sibi eos dedit, hoc est, cum Patre Deus Christus, homini Christo quod cum Patre non est, homines dedit. Denique qui hoc loco dicit: *Tui erant, et mihi eos dedisti*, iam superius eisdem discipulis dixerat:

Ego vos de mundo elegi. Conteratur hic cogitatio carnalis, atque dispereat. De mundo sibi a Patre dicit Filius datos homines quibus alio loco dicit: *Ego vos elegi de mundo*.

Quos Deus Filius de mundo elegit

cum Patre, idem ipse homo Filius de mundo eos accepit a Patre: non enim Pater illos filio dedisset, nisi elegisset. Ac per hoc Filius sicut non inde separavit Patrem, quando dixit: *Ego vos de mundo elegi*, quoniam simul eos elegit et Pater: sic non inde separavit et se, quando dixit:

Tui erant, quia et ipsius filii pariter erant. Nunc autem homo idem ipse Filius accepit eos qui non erant ipsius, quia et formam servi accepit **Deus** idem quae non erat ipsius.

6. Sequitur ac dicit: *Et sermonem tuum servaverunt: nunc cognoverunt quia omnia quae dedisti mihi, abs te sunt*: id est, cognoverunt quia abs te sum. Simul enim Pater dedit omnia, cum genuit qui haberet omnia.

Quia verba, inquit, *quae dedisti mihi, dedi eis, et ipsi acceperunt*: id est, intellexerunt atque tenuerunt. Tunc enim verbum accipitur, quando mente percipitur.

Et cognoverunt, inquit, vere quia a te exivi, et crediderunt quia tu me misisti.

Et hic subaudiendum est, *vere*: quod enim dixit,

cognoverunt vere, exponere voluit adiungendo, *et crediderunt*. Hoc itaque *crediderunt vere*, quod *cognoverunt vere*: id enim est *a te exivi*,

quod est, *tu me misisti*. Cum ergo dixisset, *cognoverunt vere*,

ne quisquam putaret istam cognitionem iam per speciem factam, non per fidem; exponendo addidit, *et crediderunt*, ut subaudiamus *vere*,

et intelligamus hoc dictum esse, *cognoverunt vere*, quod est *crediderunt vere*:

non eo modo quem significavit paulo ante, cum dixit: *Modo creditis*?

³⁵ Gv 16, 25

³⁶ Gv 15, 15

³⁷ Gv 15, 19

venit hora, et jam venit, ut dispergamini unusquisque in propria, et me solum relinquatis,³⁸ sed crediderunt vere, quomodo credendum est, inconcusse, firme, stabiliter, fortiter, non jam in propria redituri, et Christum relicturi.

Adhuc ergo discipuli non erant tales, quales eos dicit verbis praeteriti temporis, quasi jam essent, praenuntians quales futuri essent, accepto scilicet Spiritu sancto, qui eos, sicut promissum est, doceret omnia: quem priusquam acciperent, quomodo servaverunt ejus sermonem (quod de illis quasi fecerint dixit), quando primus eorum ter eum negavit³⁹, cum ex ore ejus audisset quid futurum esset homini qui eum coram hominibus negavisset⁴⁰?

Dedit ergo eis verba, sicut dicit, quae dedit ei Pater.

Sed quando illa non foris in auribus, sed intus in cordibus spiritualiter acceperunt, tunc vere acceperunt, quia tunc vere cognoverunt. Vere autem cognoverunt, quia vere crediderunt.

Ipsi autem Filio quomodo Pater ea verba dederit, quibus verbis homo poterit explicare? Facilior sane quaestio videtur, si secundum id quod Filius est hominis accepisse a Patre illa verba credatur, quanquam natus ex Virgine, quando et quomodo ea didicerit, quis enarrabit? quando etiam ipsam quae de Virgine facta est *generationem ejus quis enarrabit* (*Isa.* LIII)⁴¹? Si vero secundum id quod est de Patre genitus, Patrique coaeternus, accepisse a patre ista verba cogitetur, nihil ibi temporis cogitetur, quasi prius fuerit qui ea non habuerit, atque ut haberet quae non haberet acceperit, quoniam quidquid Deus Pater Deo Filio dedit, gignendo dedit. Ita enim dedit Filio Pater, sine quibus Filius esse non posset, sicut ei dedit ut esset.

Nam quomodo aliter verbo verba daret aliqua, in quo ineffabiliter dixit omnia?

credete? Ecco, viene l'ora, anzi è già venuta, in cui vi disperderete ciascuno per conto suo e mi lascerete solo, ma hanno creduto veramente, come si deve credere: in modo inconcusso, fermo, stabile, forte, senza tornare sui propri passi, e lasciare Cristo. I discepoli dunque non erano ancora tali, quali li dice coi verbi al tempo passato, quasi già lo fossero; preannunciava quali sarebbero stati, chiaramente una volta ricevuto lo Spirito santo che, come promesso, avrebbe insegnato ogni cosa. Prima che [essi] lo ricevessero, come osservarono le sue parole (il che [egli] disse di loro quasi che l'avessero fatto) quando il primo di loro per tre volte lo rinnegò, benché avesse ascoltato dalla sua bocca cosa doveva attendersi l’uomo che lo avesse rinnegato davanti agli uomini? Diede dunque loro le parole, come dice, che il Padre gli aveva date. Ma, quando le accolsero non esteriormente con le orecchie, ma spiritualmente nel profondo dei cuori, perché allora veramente conobbero. Ma conobbero veramente, perché veramente credettero.

Ma con quali parole l'uomo potrebbe spiegare in che modo il Padre ha dato quelle parole al Figlio stesso? Certo, il problema sembra più facile, se, per via del fatto che è Figlio dell'uomo, si crede che ha ricevuto dal Padre quelle parole, benché, nato dalla Vergine, chi spiegherà quando e in che modo le abbia apprese? quando pure *chi potrà narrare la sua* stessa *generazione* che fu fatta dalla Vergine (Is 53, 8)? Se poi, per via del fatto che è generato dal Padre e coeterno al Padre, si pensa che abbia ricevuto queste parole dal padre, non si pensi qui nulla di temporale, quasi che prima fosse colui che non le aveva avute, e che per averle abbia ricevuto ciò che non aveva, perché tutto ciò che Dio Padre ha dato a Dio Figlio, lo ha dato generandolo. Così infatti il Padre ha dato al Figlio ciò senza cui il Figlio non porebbe essere, così come gli ha dato di essere. Infatti, come altrimenti avrebbe dato parola alcuna al verbo, nel quale ineffabilmente ha detto ogni cosa?

Venit hora, et iam venit, ut dispergamini unusquisque in propria, et me solum relinquatis. Sed *crediderunt vere, id est* quomodo credendum est, inconcusse, firme, stabiliter, fortiter; non iam in propria redituri, et Christum relicturi.

Adhuc ergo discipuli non erant tales, quales eos dicit verbis praeteriti temporis, quasi iam essent, praenuntians quales futuri essent, accepto scilicet Spiritu sancto, qui eos, sicut promissum est, doceret omnia. Quem priusquam acciperent quomodo servaverunt eius sermonem, quod de illis quasi fecerint, dixit; quando primus eorum ter eum negavit, cum ex ore eius audisset quid futurum esset homini qui eum coram hominibus negavisset?

Dedit ergo eis verba sicut dixit, quae dedit ei Pater:

sed quando illa non foris in auribus, sed intus in cordibus spiritaliter acceperunt, tunc vere acceperunt, quia tunc vere cognoverunt; vere autem cognoverunt, quia vere crediderunt.

7. Ipsi autem Filio quomodo Pater ea verba dederit, quibus verbis homo poterit explicare? Facilior sane quaestio videtur, si secundum id quod filius est hominis, accepisse a Patre illa verba credatur. Quamquam natus ex Virgine quando et quomodo ea didicerit, quis enarrabit; quando etiam ipsam quae de Virgine facta est, generationem eius quis enarrabit? Si vero secundum id quod est de Patre genitus Patrique coaeternus, accepisse a Patre ista verba cogitatur, nihil ibi temporis cogitetur quasi prius fuerit qui ea non habuerit, atque ut haberet quae non habebat acceperit; quoniam quidquid Deus Pater Deo Filio dedit, gignendo dedit. Ita enim dedit Filio Pater, sine quibus Filius esse non posset, sicut ei dedit ut esset.

Nam quomodo aliter Verbo verba daret aliqua, in quo ineffabiliter dixit omnia?

Sed iam quae sequuntur, alio sunt exspectanda sermone.

TRACTATUS CVII

Ut habeant meum gaudium impletum in semetipsis (Io 17, 9-13).

Hoc gaudium suum, id est, a se in eos collatum, in eis dicit implendum, propter quod locutum se dixit in mundo. Haec est pax illa et beatitudo in futuro saeculo, propter quam consequendam temperanter et iuste et pie vivendum est in hoc saeculo.

1. Cum de his quos iam discipulos habebat, Dominus loqueretur ad Patrem, inter alia etiam dixit hoc:

Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi. Mundum vult modo intellegi, qui vivunt secundum concupiscentiam mundi, et non sunt in ea sorte gratiae, ut ab illo eligantur ex mundo. Non itaque pro mundo, sed pro his quos ei Pater dedit, rogare se dicit: per hoc enim quod eos illi Pater iam dedit, factum est ut non pertineant ad eum mundum pro quo non rogat.

2. Deinde subiungit:

Quia tui sunt. Neque enim quia Pater eos Filio dedit, amisit ipse quos dedit: cum adhuc Filius sequatur, et dicat:

Et mea omnia tua sunt, et tua mea. Ubi satis apparet quomodo unigeniti Filii sint omnia quae sunt Patris; per hoc utique

quod etiam ipse Deus est, et de Patre Patri est natus aequalis: non quomodo dictum est uni ex duobus filiis, maiori scilicet: *Tu semper mecum es, et omnia mea tua sunt*.

Illud enim dictum est de his omnibus creaturis quae infra creaturam sanctam rationalem sunt, quae utique subduntur Ecclesiae; in qua universa Ecclesia et illi duo **intelliguntur** filii maior et minor, cum omnibus Angelis sanctis, quibus erimus aequales in regno Christi et Dei: hoc autem ita dictum est: *Et mea omnia tua sunt, et tua mea*, ut hic sit etiam ipsa creatura rationalis, quae non nisi Deo subditur, ut ei quae infra illam sunt cuncta subdantur.

Haec ergo cum sit Dei Patris, non simul esset et Filii,

^[38] Gv 16, 31-32

^[39] cfr Mt 26, 69-74

^[40] cfr Mt 10, 33

^[41] Is 53, 8; Ncei traduce: “chi si affligge per la sua posterità?”; lo svolgersi del Commento esige una traduzione conforme a Vulg.

^[42] Gv 17, 9

^[43] Gv 17, 9

^[44] Gv 17, 10

^[45] cfr Mt 22, 30

nisi Patri esset aequalis. De ipsa quippe agebat, cum diceret: *Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, qui⁴⁶ tui sunt, et mea omnia tua sunt, et tua mea.*⁴⁷ Nec fas est ut sancti, de quibus haec locutus est, cujusquam sint, nisi ejus a quo creati et sanctificati sunt. Ac per hoc omnia quae ipsorum sunt necesse est ut ejus sint cujus et ipsi sunt. Ergo cum et Patris et Filii sunt, aequales eos esse demonstrat, quorum aequaliter sunt.

Illud autem quod ait, cum de Spiritu sancto loqueretur: *Omnia quae habet Pater, mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis,*⁴⁸ de his dixit quae ad ipsam Patris pertinent divinitatem, in quibus illi est aequalis, omnia quae habet habendo. Neque enim Spiritus sanctus de creatura quae Patri est subdita et Filio, fuerat accepturus quod ait, *de meo accipiet*, sed utique de Patre, de quo procedit Spiritus, de quo est natus et Filius.

Et clarificatus sum, inquit, *in eis.*⁴⁹ Nunc suam clarificationem tanquam facta sit dicit, cum adhuc esset futura: superius autem a Patre poscebat ut fieret. Sed utrum ipsa sit clarificatio de qua dixerat:

*Et nunc clarifica me tu, Pater, apud te ipsum, claritate quam habui prius quam mundus esset, apud te,*⁵⁰ utique requirendum est. Si enim *apud te*, quomodo *in eis*? An cum hoc ipsum innotescit eis, ac per ipsos omnibus qui credunt eis testibus suis, possumus plane sic intelligere dixisse Dominum de Apostolis quod clarificatus sit in eis? Dicendo enim esse iam factum, ostendit iam fuisse praedestinatum, et certum haberi voluit quod esset futurum.

Et jam, inquit, *non sum in mundo, et hi in mundo sunt.*⁵¹ Si horam prorsus illam qua loquebatur attendas, utriusque adhuc in mundo erant, et ipse, scilicet, et illi de quibus hoc dicebat. Non enim secundum profectum cordis et vitae id accipere possumus vel debemus, ut illi propterea esse adhuc dicantur in mundo, quod mundana adhuc sapiant; ille autem jam non esse in mundo, sapiendo divina.

Positum est enim hic unum verbum quod nos ita intelligere omnino non sinat, quia non ait: Et non sum in mundo, sed: *Jam non sum in mundo*, per hoc ostendens se fuisse in mundo, jam non esse. Nunquid ergo fas est ut eum credamus aliquando mundana sapuisse, et ab hoc errore liberatum, jam illa non sapere? Quis tam impio sensu se induerit?

Restat igitur ut secundum id quod etiam ipse in mundo prius erat, in mundo se dixerit jam non esse, profecto praesentia corporali, a mundo, scilicet, absentiam suam jam cito futuram, illorum autem tardius: per hoc ostendens, quod se iam non hic esse, illos autem hic esse dixit, cum et ipse hic, et illi hic, adhuc essent. Sic enim est locutus homo congruens hominibus, ut mos loquendi sese habet humanus. An non quotidie dicimus: Jam non est hic, de aliquo quantocius abituro? Et maxime hoc de morituris solet dici, quanquam et ipse Dominus, tanquam praevidens quid lecturos movere posset, adjecit:

*Et ego ad te venio.*⁵² Sic exponens quodammodo cur dixerit: *Jam non sum in mundo.*

Commendat ergo Patri eos quos corporali absentia relicturus est, dicens:

*Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi.*⁵³ Nempe sicut homo Deum rogat pro discipulis suis quos accepit a Deo. Sed attende quod sequitur:

Ut sint, inquit, *unum, sicut et nos.*⁵⁴ Non ait: Ut nobiscum sint unum; aut: **U**t simus unum et ipsi, et nos, sicut unum sumus nos; sed ait: *Ut sint unum, sicut et nos*. Ipsi utique in natura sua sint unum, sicut et nos in nostra unum sumus. Quod procul dubio verum non diceret, nisi Deus hoc diceret, quod ejusdem naturae Deus est, cujus et Pater, secundum quod alibi dixit: *Ego et Pater unum sumus* (Joan. X), non secundum id quod etiam homo est; nam secundum hoc, *Pater major me est* dixit (Joan. XIV).

Figlio, se non fosse uguale al Padre. Di essa certo trattava, quando diceva: *non prego per il mondo, ma per coloro che tu mi hai dato, che sono tuoi. Tutte le cose mie sono tue, e le tue sono mie*. Non è lecito che i santi, dei quali ha parlato così, siano di chicchessia, se non di colui dal quale sono stati creati e santificati. E, di conseguenza, tutto ciò che è loro è necessariamente di colui del quale pure essi sono. Dunque, dato che sono del Padre e del Figlio, dimostrano che sono uguali coloro dei quali essi ugualmente sono. Quello peraltro che disse, quando parlò dello Spirito santo: *Tutto quello che il Padre possiede è mio; per questo ho detto che prenderà da quel che è mio e ve lo annuncerà*, disse delle cose che sono pertinenti alla divinità stessa del Padre, nelle quali gli è uguale, avendo tutto ciò che ha. Né infatti lo Spirito santo riceverà dalla creatura, che è soggetta al Padre e al Figlio, ciò che dice: *prenderà da quel che è mio*, ma certamente dal Padre, dal quale procede lo Spirito, da cui è nato anche il Figlio.

E io sono glorificato, dice, *in loro*. Ora dice della sua glorificazione come di cosa fatta, mentre ancora deve avvenire: più sopra, invece, chiedeva al Padre che avvenisse. Ma certo c'è da domandarsi se sia mai la medesima glorificazione di cui aveva detto: *E ora, Padre, glorificami davanti a te con quella gloria che io avevo presso di te prima che il mondo fosse*. Se infatti: *presso di te*, come mai: *in essi*? O forse per il fatto che lo stesso è a loro noto, e tramite loro, a quanti credono a loro, suoi testimoni, possiamo pertanto agevolmente intendere che il Signore abbia detto degli Apostoli che era glorificato in essi? Dicendo infatti che era già avvenuto, mostrò che già era stato predestinato, e volle che fosse tenuto per certo ciò che sarebbe avvenuto.

Io non sono più nel mondo; essi invece sono nel mondo. Se fai attenzione puntuale all'ora in cui parlava, entrambi erano ancora nel mondo, sia egli stesso, naturalmente, sia coloro di cui diceva ciò. Infatti non possiamo e non dobbiamo cogliere [ciò] secondo il progresso del cuore e della vita, così che di essi si dice che sono ancora nel mondo in quanto ancora si intendono di mondo; mentre di lui che non è più del mondo, intendendosi del divino. Qui è infatti collocata una parola che non ci consente in alcun modo di interpretare così, perché non dice: E non sono nel mondo, ma: *Non sono più nel mondo*, mostrando così di essere stato nel mondo, e di non esservi più. Forse che allora è lecito che crediamo che egli un tempo si sia inteso di mondo, e, liberato da questo errore, ormai non se ne intenda più? Chi potrà rivestirsi di un pensiero tanto empio? Rimane dunque che, per via del fatto che anch'egli prima era nel mondo, abbia detto di non essere ormai più nel mondo, certo con la presenza corporale; ossia che la sua assenza dal mondo fosse ormai imminente; la loro invece più tardi: mostrando così che disse di non essere ormai più qui, e che invece essi erano ancora qui, benché fossero ancora lui qui, ed essi qui. Così infatti ha parlato, uomo accordandosi agli uomini, per fare proprio il modo umano di parlare. Non diciamo quotidianamente: Non è più qui, di qualcuno che partirà quanto prima? E soprattutto si suole dire di chi sta per morire, benché anche lo stesso Signore, come prevedendo cosa potrebbero muovergli quanti leggeranno queste cose, aggiunge:

e io vengo a te. In qualche modo spiegando così il significato perché avesse detto: *Io non sono più nel mondo*.

Raccomanda dunque al Padre coloro che sta per lasciare a causa della sua assenza corporale, dicendo:

Padre santo, custodiscili nel tuo nome, quelli che mi hai dato. Appunto come uomo prega Dio per i suoi discepoli, che da Dio ha ricevuto. Ma bada a quello che segue:

perché siano, dice, *una sola cosa, come noi*. Non dice: Perché con noi siano uno; o: Perché siamo uno loro, e noi, come uno siamo noi; ma dice: *perché siano una cosa sola come noi*. Loro, certo, siano uno nella loro natura, come anche noi nella nostra siamo uno. Che senza dubbio non direbbe il vero, se non lo dicesse Dio, che è Dio della stessa natura, della quale è anche il Padre, secondo quanto altrove disse: *Io e il Padre siamo una cosa sola* (Gv 10, 30), non per via del fatto che è anche uomo; infatti per via di ciò disse: *il Padre è più grande di me* (Gv 14, 28).

nisi Patri esset aequalis: de ipsa quippe agebat, cum diceret: *Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi: quia tui sunt, et mea omnia tua sunt, et tua mea*. Nec fas est ut sancti, de quibus haec locutus est, cuiusquam sint, nisi eius a quo creati et sanctificati sunt: ac per hoc et omnia quae ipsorum sunt, necesse est ut eius sint cuius et ipsi sunt. Ergo cum et Patris et Filii sunt, aequales eos esse demonstrant, quorum aequaliter sunt.

Illud autem quod ait, cum de Spiritu sancto loqueretur: *Omnia quae habet Pater, mea sunt; propterea dixi quia de meo accipiet et annuntiabit vobis*; de his dixit quae ad ipsam Patris pertinent divinitatem, in quibus illi est aequalis, omnia quae habet habendo. Neque enim Spiritus sanctus de creatura quae Patri est subdita et Filio, fuerat accepturus quod ait, *de meo accipiet*; sed utique de Patre de quo procedit Spiritus, de quo est natus et Filius.

Et clarificatus sum, inquit, *in eis*. Nunc suam clarificationem tanquam facta sit dicit, cum adhuc esset futura: superius autem a Patre poscebat ut fieret. Sed utrum ipsa sit clarificatio, de qua dixerat:

Et nunc clarifica me tu, Pater, apud te ipsum, claritate quam habui, priusquam mundus esset, apud te; utique requirendum est. Si enim *apud te*, quomodo *in eis*? An cum hoc ipsum innotescit eis, ac per ipsos omnibus qui credunt eis testibus suis? Possumus plane sic intellegere dixisse Dominum de Apostolis, quod clarificatus sit in eis: dicendo enim esse iam factum, ostendit iam fuisse praedestinatum, et certum haberi voluit quod esset futurum.

Et iam, inquit, *non sum in mundo, et hi in mundo sunt*. Si horam prorsus illam qua loquebatur attendas, utriusque adhuc in mundo erant; et ipse scilicet, et illi de quibus hoc dicebat: non enim secundum profectum cordis et vitae id accipere possumus vel debemus, ut illi propterea adhuc esse dicantur in mundo, quod mundana adhuc sapiant; ille autem iam non esse in mundo, sapiendo divina.

Positum est hic enim verbum unum, quod nos ita intellegere omnino non sinat, quia non ait: Et non sum in mundo; sed: *Iam non sum in mundo*; per hoc ostendens fuisse se in mundo, iam non esse. Numquid ergo fas est ut eum credamus aliquando mundana sapuisse, et ab hoc errore liberatum iam illa non sapere? Quis tam impio sensu se induerit?

Restat igitur ut secundum id quod ipse etiam in mundo prius erat, in mundo se dixerit iam non esse; profecto praesentia corporali, a mundo scilicet absentiam suam iam cito futuram, illorum autem tardius: per hoc ostendens, quod se iam non hic esse, illos autem hic esse dixit, cum et ipse hic et illi adhuc essent. Sic enim est locutus, homo congruens hominibus, ut mos loquendi sese habet humanus. An non quotidie dicimus: Iam non est hic, de aliquo quantocius abituro? Et maxime hoc de morituris solet dici.

Quamquam et ipse Dominus tanquam praevidens quid lecturos movere posset adiecit:

Et ego ad te venio: sic exponens quodammodo cur dixerit: *Iam non sum in mundo*.

5. Commendat ergo eos Patri, quos corporali absentia relicturus est, dicens:

Pater sancte, serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi. Nempe sicut homo Deum rogat pro discipulis suis, quos accepit a Deo. Sed attende quod sequitur:

Ut sint, inquit, *unum sicut et nos*. Non ait: Ut nobiscum sint unum, aut, simus unum ipsi et nos, sicut unum sumus nos; sed ait: *Ut sint unum sicut et nos*. Ipsi utique in natura sua sint unum, sicut et nos in nostra unum sumus.

Quod procul dubio verum non diceret, nisi secundum hoc diceret, quod ejusdem naturae Deus est cuius et Pater, secundum quod alibi dixit: *Ego et Pater unum sumus*: non secundum id quod etiam homo est; nam secundum hoc: *Pater maior me est*, dixit.

⁴⁶ Temo si tratti di un errore di stampa perché, all'inizio di questa sezione, questo stesso passo è stato citato col "quia"; potendo comunque sussistere anche questa variante, provvedo ad adeguare la traduzione.

⁴⁷ Gv 17, 9-10

⁴⁸ Gv 16, 15

⁴⁹ Gv 17, 10

⁵⁰ Gv 17, 5

⁵¹ Gv 17, 11

⁵² Gv 17, 11

⁵³ Gv 17, 11; NCEI traduce: "... , quello che mi hai dato"; il contesto esige che la traduzione venga rivista.

⁵⁴ Gv 17, 11

*Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo.*⁵⁵ Me, inquit, veniente ad te, serva eos in nomine tuo, in quo eos, quando cum eis eram, et ipse servabam. In nomine Patris servabat discipulos suos Filius homo, cum eis humana praesentia constitutus. Sed etiam Pater in nomine Filii servabat, quos in nomine Filii petentes exaudiebat. His quippe idem Filius dixerat: *Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.*⁵⁶ Neque hoc tam carnaliter debemus accipere, veluti vicissim nos servent Pater et Filius, amborum in nobis custodiendis alternante custodia, quasi succedat alius quando discesserit alius. Simul enim nos custodiunt Pater, et Filius, et Spiritus sanctus, qui est unus verus beatus Deus. Sed Scriptura nos non levat, nisi descendat ad nos, sicut Verbum caro factum descendit ut levaret, non cecidit ut iaceret. Si descendentem cognovimus, cum levante surgamus, et **intelligamus**, cum ita loquitur, personas eum distinguere, non separare naturas. Quando ergo servabat discipulos suos Filius praesentia corporali, non exspectabat Pater ad custodiendum succedere Filio discedenti, sed eos ambo servabant potentia spirituali; et quando abiens abstulit Filius praesentiam corporalem, tenuit cum Patre custodiam spiritualem, quia et custodiendos quando Filius homo accepit, custodiae paternae non eos abstulit; et cum Pater Filio custodiendos dedit, non dedit sine ipso cui dedit, sed homini Filio non sine Deo, eodem ipso utique Filio. Sequitur ergo Filius, et dicit:

*Quos dedisti mihi, ego custodivi, et nemo ex his periit, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleatur.*⁵⁷ Filius perditionis dictus est traditor Christi, perditioni praedestinatus, secundum Scripturam, quia de illo in psalmo centesimo octavo maxime prophetatur.

Cosa è dunque: *tutti siano una sola cosa, perché il mondo creda*? Certo questi *Tutti*, è il mondo credente. Né infatti sono altri coloro che erano una sola cosa, e altro è il mondo che crederà per questo: perché essi erano una sola cosa, dato che senza dubbio dice: *perché tutti siano una sola cosa*, di coloro di cui aveva detto: *Non prego solo per questi, ma anche per quelli che crederanno in me mediante la loro parola*, soggiungendo subito: *perché tutti siano una sola cosa*. Dunque questi tutti, chi sono se non il mondo, non comunque l'ostile, ma il fedele? Infatti ecco che chi aveva detto: *non prego per il mondo*, prega per il mondo affinché creda, poiché è il mondo del quale è scritto: *per non essere condannati insieme con il mondo* (1Cor 11, 32). Per questo mondo non prega; né ignora a cosa sia predestinato. C'è anche un mondo del quale è scritto: *Il Figlio non è venuto per condannare il mondo, ma perché il mondo sia salvato per mezzo di lui* (cfr Gv 3, 17). Da cui anche l'Apostolo: *Era Dio infatti, dice, che riconciliava a sé il mondo in Cristo* (2Cor 5, 19). Dicendo a favore di questo mondo: *perché il mondo creda che tu mi hai mandato*. Appunto in virtù di questa fede il mondo è riconciliato a Dio, quando crede in Cristo, che è mandato da Dio. Come dovremo dunque intendere ciò che dice: *siano anch'essi [uno] in noi, perché il mondo creda che tu mi hai mandato*, se non che non ha riposto in ciò il motivo per cui il mondo creda

creditori sunt per verbum eorum in me; velut quaereremus, quid vel quare pro illis rogaret, continuo subintulit, dicens:

Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint.

Et superius cum adhuc pro solis discipulis, quos secum habebat, oraret: *Pater sancte, inquit, serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos*. Hoc ergo nunc etiam et pro nobis rogavit, quod tunc pro illis,

ut omnes, hoc est et nos et illi, unum simus. Ubi diligenter advertendum est non dixisse Dominum, ut omnes unum simus; sed: *Ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te* (subintelligitur, unum sumus;

quod apertius dicitur postea): quia et prius dixerat de discipulis qui cum illo erant:

Ut sint unum sicut et nos. Quamobrem ita est Pater in Filio,

et Filius in Patre, ut unum sint, quia unius substantiae sunt: nos vero esse quidem in eis possumus, unum tamen cum eis esse non possumus; quia unius substantiae nos et ipsi non sumus, in quantum Filius cum Patre Deus est. Nam in quantum homo est, eiusdem substantiae est cuius et nos sumus. Sed nunc illud potius voluit commendare, quod alio loco ait: *Ego et Pater unum sumus*; ubi eamdem Patris et suam significavit esse naturam. Ac per hoc et cum in nobis sunt Pater et Filius, vel etiam Spiritus sanctus, non debemus eos putare naturae unius esse nobiscum.

Sic itaque sunt in nobis, vel nos in illis, ut illi unum sint in natura sua,

nos unum in nostra. Sunt quippe ipsi in nobis, tanquam Deus in templo suo: sumus autem nos in illis, tanquam creatura in Creatore suo.

2. Deinde cum dixisset: *Ut et ipsi in nobis unum sint*, adiunxit:

Ut mundus credat quia tu me misisti.

Quid est hoc? Numquidnam tunc crediturus est mundus, quando in Patre et Filio unum omnes erimus? Nonne ista est pax illa perpetua, et potius fidei merces quam fides? Unum enim erimus, non ut credamus, sed quia credidimus. Sed etsi in hac vita propter ipsam communem fidem, omnes qui in unum credimus, unum sumus, iuxta illud Apostoli: *Omnes enim vos unum estis in Christo Iesu*; etiam sic non ut credamus, sed quia credimus, unum sumus.

Quid est ergo: *Omnes unum sint, ut mundus credat*? Ipsi quippe *omnes* mundus est credens. Neque enim alii sunt qui unum **erunt**, et alius est mundus propterea crediturus, quia illi unum **erunt**; cum procul dubio de his dicat:

Ut omnes unum sint, de quibus dixerat: *Non pro his autem rogo tantum,*

sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me,

continuo subiungens: *Ut omnes unum sint*. Isti autem *omnes* **quid** est, nisi mundus,

non hostilis utique, sed fidelis? Nam ecce qui dixerat:

Non pro mundo rogo, pro mundo rogat ut credat. Quoniam est mundus de quo scriptum est: *Ne cum hoc mundo damnemur*. Pro isto mundo non rogat:

neque enim quo sit praedestinatus, ignorat. Et est mundus de quo scriptum est:

Non enim venit Filius hominis ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum: unde et Apostolus: *Deus, inquit, erat in Christo,*

mundum reconcilians sibi. Pro isto mundo **rogat**, dicens:

Ut mundus credat quia tu me misisti. Per hanc enim fidem mundus reconciliatur Deo, cum credit in Christum qui est missus a Deo. Quomodo ergo intellecturi sumus quod ait: *Ut et ipsi in nobis unum sint, ut credat mundus quia tu me misisti:*

nisi quia non in eo causam posuit ut credat mundus,

⁹¹ Gv 17, 20

⁹² Gv 17, 21; NCEI non traduce “unum sint” finale.

⁹³ Gv 17, 11; NCEI traduce: “... quello che mi hai dato”: rettifico in base a Vulg.

⁹⁴ Gv 10, 30.

⁹⁵ Gv 17, 21; “ipsi nobis”: la mancanza di “in” è certamente un refuso perché, per il resto, è sempre citato correttamente.

⁹⁶ Gv 17, 20.

⁹⁷ Gv 17, 21.

⁹⁸ Gv 17, 9.

⁹⁹ Gv 3, 17 Vulg.: “Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.”; Sabatier in nota: “... rursus Aug. tract. 36 in Joh. to. 3. col. 545. b. alludens dicit: *Ego non veni, ut iudicem mundum, sed ut salvum faciam mundum*. Ita fere Ambrosius, l. 1. de poenit. col. 405. *Non enim veni, ut iudicem mundum, sed ut salvetur mundus per me*. ... Maxim. Taurin. p. 19. e. *Non enim venit Christus, ut iudicet mundum, set ut salvetur mundus per ipsum*.”

¹⁰⁰ Gv 17, 21.

¹⁰¹ Gv 17, 21, con integrazione della traduzione NCEI

¹¹⁷ “superius” potrebbe anche riferirsi ad un sopra temporale, ma ritengo che Beda abbia voluto riferirsi alle righe del testo evangelico.

¹¹⁸ Mantengo qui la traduzione della citazione proposta dal testo di Agostino perché conferma un dubbio in me sempre più pressante. So bene che la la traduzione consueta di “ut unum sint” è “perché siano una cosa sola”, ma mi sembra sminuire la potenza dell’espressione latina; e, come testimonia la traduzione in questo punto, parlare di “una sola cosa” per le Persone della Trinità sarebbe troppo poco: Dio non è “una cosa sola ma “Dio è uno”; e noi, in Lui, siamo chiamati a essere uno. Probabilmente nel prosieguo mi deciderò a tradurre con “uno”.

quia illi unum sunt, tanquam ideo credat quod eos esse unum videt, cum ipse mundus sit, omnes qui credendo unum fiunt; sed orando dixit:

Ut mundus credat, sicut orando dixit: *Ut omnes unum sint*, orando dixit:

Ut et ipsi in nobis unum sint; hoc est enim *omnes unum sint*,

quod est *mundus credat*, quoniam credendo unum fiunt, et perfecte unum, qui cum natura essent unum, dissentiendo ab uno, non erant unum? Denique si verbum quod ait, *rogo*, tertio subaudiamus, vel potius, quod plenius fiat, ubique ponamus, erit hujus expositio sententiae manifestior: Rogo *ut omnes unum sint*, *sicut tu, Pater, in me, et ego in te*. Rogo *ut et ipsi in nobis unum sint*.

Rogo *ut mundus credat quia tu me misisti*. Ideo quippe addidit quod dixit,

In nobis, ut quod unum efficimur fidelissima caritate,

gratiae Dei noverimus tribuendum esse, non nobis, sicut Apostolus cum dixisset: *Fuistis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux*,¹⁰² inquit (*Ephes.* V); et ne sibi hoc tribuerent, adjecit *in Domino (Ibid.)*.

Deinde Salvator noster rogando Patrem, se hominem demonstrabat. Nunc demonstrans et seipsum, quoniam cum Patre Deus est, facere quod rogat:

Et ego, inquit, *claritatem quam dedisti mihi, dedi eis*.¹⁰³ Quam claritatem, nisi immortalitatem, quam natura humana in illo fuerat acceptura? Nam nec ipse adhuc acceperat eam, sed more suo propter immobilitatem praedestinationis, praeteriti temporis verbis futurum significat, quod nunc clarificandus, hoc est suscitandus a Patre, et ipse sit nos ad eam claritatem suscitaturus in finem.

Simile est hoc ei quod alibi dicit: *Sicut Pater suscitavit mortuos et vivificavit, sic et Filius quos vult vivificat (Joan. V)*. Et quos, nisi eosdem quos Pater?

Quaecumque enim Pater facit, non alia, sed haec et Filius, nec aliter, sed similiter facit; ac per hoc suscitavit et seipsum etiam ipse. Nam unde est:

*Solvite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud?*¹⁰⁴ Proinde immortalitatis claritatem quam sibi a Patre datam dicit, etiam sibi ipse dedisse intelligendus est, etsi non dicit.

Ideo quippe saepius solum Patrem facere dicit quod et ipse facit,

ut cum Patre quidquid est, ei tribuat de quo est. Sed aliquando etiam tacito Patre se dicit facere, quod facit cum Patre, ut intelligamus ita Filium non esse a Patris opere separandum quando se tacito Patrem dicit aliquid operari,

quemadmodum nec Pater ab opere Filii separatur quando ipso tacito Filius operari dicitur quod nihilominus Pater operatur. Cum ergo tacet Filius in opere Patris operationem suam, humilitatem suam commendat, ut sit nobis salubrior.

Cum vero vicissim in opere suo tacet operationem Patris,

parilitatem suam commendat, ne credatur inferior. Isto modo igitur et hoc loco nec se fecit alienum a Patris opere, quamvis dixerit: *Claritatem quam dedisti mihi*,

quia et ipse dedit eam sibi. Nec Patrem fecit alienum ab opere suo,

quamvis dixerit *dedi eis*, quia et Pater illam dedit eis.

Inseparabilia namque sunt opera non solum Patris et Filii, verum etiam Spiritus sancti. Sicut autem ex eo quod Patrem pro suis omnibus rogavit, hoc fieri voluit, ut omnes unum sint; ita ex hoc etiam suo beneficio quod ait:

Claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, id fieri nihilominus voluit.

Nam continuo subjunxit:

Ut sint unum, sicut nos unum sumus;

deinde addidit: Ego in eis, et tu in me, ut sint consummati in unum.¹⁰⁵ Ubi se mediatorem inter Deum et homines breviter intimavit. Neque enim hoc ita dictum est, tanquam Pater non sit in nobis, aut nos in Patre non simus, cum et alio loco dixerit: *Veniemus ad eum, et mansionem apud eum faciemus (Joan. XIV)*; et hic paulo ante non dixerit: *Ego in eis, et tu in me*, quod dixit modo: *Aut ipsi in me, et ego in te, sed tu in me, et ego in te, et ipsi in nobis*. Quod ergo nunc ait: *Ego in eis, et tu in me*, ita dictum est ex persona Mediatoris, sicut illud quod Apostolus ait: *Vos Christi, Christus*

che essi sono uno, come se credesse proprio perché vede che sono uno, dato che il mondo stesso è: tutti quelli che credendo diventano una cosa sola? ma pregando ha detto: *affinché il mondo creda*, come pure pregando ha detto: *affinché tutti siano uno*, [e] pregando ha detto: *affinché anch'essi in noi siano uno*; infatti: *tutti siano uno* è come dire: *il mondo creda*, perché credendo diventano uno, e perfettamente uno, loro che, essendo uno per natura, ribellandosi all'uno, non erano uno? Se, insomma, per la terza volta sottintendiamo il verbo "prego" che usa, o piuttosto, che è meglio, lo mettiamo ovunque, il senso di questo passo sarà più chiaro: Prego *affinché tutti siano uno, come tu, Padre, sei in me ed io in te*. Prego *affinché anch'essi siano uno in noi*. Prego *affinché il mondo creda che tu mi hai mandato*. Per questo senza dubbio aggiunse ciò che disse: *in noi*, perché riconosciamo che se noi diventiamo uno per una carità piena di fede è da attribuire alla grazia di Dio, non a noi, così come l'Apostolo quando disse: *Un tempo infatti foste tenebra, ora siete luce (Ef 5, 8)*, dice; e perché non se lo attribuissero, aggiunse *nel Signore (ibid.)*.

Quindi il nostro Salvatore, pregando il Padre, dimostrava di essere uomo. Ora per dimostrare che anche lui stesso, poiché è Dio col Padre, fa ciò che prega:

E la gloria, dice, *che tu hai dato a me, io l'ho data a loro*. Quale la gloria, se non l'immortalità, che in lui la natura umana avrebbe conseguito? Neppure lui, infatti, l'aveva ancora conseguita; però, secondo il suo solito, per l'immobilità della predestinazione, indica ciò che sarà con verbi al passato, cioè che sta per essere glorificato, cioè risuscitato dal Padre, e che lui ci risusciterà a quella gloria alla fine. Ciò è simile a quanto dice altrove: *Come il Padre risuscita i morti e dà la vita, così anche il Figlio dà la vita a chi egli vuole (Gv 5, 21)*. E quali se non quegli stessi che il Padre? *Quello [infatti] che [il Padre] fa, anche il Figlio lo fa* e non altrimenti, ma *allo stesso modo (Gv 5, 19)*; e per questo anche lui ha risuscitato pure se stesso. Infatti da dove viene: *Distruggete questo tempio e in tre giorni lo farò risorgere?* Pertanto s'intende, benché non lo dica, che anche lui si è data la gloria dell'immortalità, che dice datagli dal Padre. Perciò certo più spesso dice che il solo Padre fa ciò che anche egli stesso fa, per attribuire a colui dal quale è, tutto ciò che col Padre è. Ma pure talvolta, taciuto il Padre, dice che fa lui ciò che fa col Padre, affinché capiamo che il Figlio non va separato dall'opera del Padre, allorché, taciuto se stesso, dice che il Padre opera qualcosa, così come non non è separato il Padre dall'opera del Figlio quando, taciuto, il Figlio è detto operare ciò che nondimeno il Padre opera. Quando dunque il Figlio tace il suo operare nell'opera del Padre, offre la sua umiltà, perché ci sia più salutare. Invero, quando invece nella sua opera tace l'operare del Padre, ci richiama la sua uguaglianza, affinché non lo si creda inferiore. In questo modo pertanto e in questo caso non si è fatto estraneo all'opera del Padre, sebbene abbia detto: *la gloria che tu mi hai dato*, in quanto se l'è data anche da se stesso. Né ha reso il Padre estraneo alla sua opera, benché abbia detto: *io l'ho data a loro*, in quanto anche il Padre l'ha data loro. E infatti inseparabili sono le opere, non soltanto del Padre e del Figlio, ma anche dello Spirito Santo. Ora, come, in virtù di ciò che egli chiede al Padre per tutti i suoi, vuole che avvenga ciò: *che tutti siano una cosa sola*, così, nondimeno, vuole che ciò si compia anche per suo dono, come dice: *E la gloria che tu hai dato a me, io l'ho data a loro*. Infatti subito soggiunge:

affinché siano uno come noi siamo uno.

Quindi aggiunse: *Io in loro e tu in me, perché siano perfetti nell'unità*. Dove in breve si presenta come mediatore tra Dio e gli uomini. Questo infatti non è detto così come se il Padre non sia in noi, o noi non siamo nel Padre, dato che in un altro passo aveva detto: *verremo a lui e prenderemo dimora presso di lui (Gv 14, 23)*; e qui, poco prima, non aveva detto: *Io in loro e tu in me* - cosa che disse ora; O: loro in me e io in te, ma: *Tu in me ed io in te, e essi in noi*. Quel che ora dice: *Io in loro e tu in me*, è detto così dalla persona del Mediatore, come ciò che dice l'Apostolo: *voi siete di Cristo e Cristo*

quia illi unum sunt, tanquam ideo credat quod eos esse unum videt; cum ipse mundus sint omnes, qui credendo unum fiunt: sed orando dixit:

Ut mundus credat; sicut orando dixit: *Ut omnes unum sint*; orando dixit:

Ut et ipsi in nobis unum sint? Hoc est enim *omnes unum sint*,

quod est *mundus credat*: quoniam credendo unum fiunt; perfecte unum, qui cum natura essent unum, dissentiendo ab uno non erant unum. Denique si verbum quod ait, *rogo*, tertio subaudiamus, vel potius quo plenius fiat, ubique ponamus; erit huius expositio sententiae manifestior: Rogo *ut omnes unum sint*, *sicut tu Pater in me, et ego in te*: rogo *ut et ipsi in nobis unum sint*:

rogo *ut mundus credat quia tu me misisti*. Ideo quippe addidit, quod dixit,

in nobis, ut quod unum efficimur fidelissima caritate,

gratiae Dei noverimus tribuendum esse, non nobis: sicut Apostolus cum dixisset: *Fuistis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux*, inquit; et ne sibi hoc tribuerent, adiecit, *in Domino*.

3. Deinde Salvator noster rogando Patrem, se hominem demonstrabat: nunc demonstrans et seipsum, quoniam cum Patre Deus est, facere quod rogat:

Et ego, inquit, *claritatem quam dedisti mihi, dedi illis*. Quam claritatem, nisi immortalitatem, quam natura humana in illo fuerat acceptura? Nam nec ipse adhuc acceperat eam, sed more suo propter immobilitatem praedestinationis, praeteriti temporis verbis futura significat, quod nunc clarificandus, hoc est suscitandus a Patre, et ipse sit nos ad eam claritatem suscitaturus in fine.

Simile est hoc ei quod alibi dicit: *Sicut Pater suscitavit mortuos et vivificavit, sic et Filius quos vult vivificat*. Et quos, nisi eosdem quos Pater?

Quaecumque enim Pater facit, non alia, sed *haec et Filius*; nec aliter, *sed similiter facit*. Ac per hoc suscitavit et seipsum etiam ipse. Nam inde est:

Solvite templum hoc, inquit, et in triduo resuscitabo illud. Proinde immortalitatis claritatem, quam sibi a Patre datam dicit, etiam ipse sibi dedisse intellegendus est, etsi non dicit. Ideo quippe saepius solum Patrem facere dicit quod et ipse facit

cum Patre, ut quidquid est ei tribuat de quo est. Sed et aliquando etiam tacito Patre, se dicit facere quod facit cum Patre: ut intellegamus ita Filium non esse a Patris opere separandum, quando se tacito Patrem dicit aliquid operari;

quemadmodum nec Pater ab opere Filii separatur, quando ipso tacito Filius operari dicitur, quod nihilominus pariter operantur. Cum ergo tacet Filius in opere Patris operationem suam, humilitatem commendat, ut sit nobis salubrior:

cum vero vicissim in opere suo tacet operationem Patris,

parilitatem suam commendat, ne credatur inferior. Isto igitur modo et hoc loco nec se facit alienum a Patris opere, quamvis dixerit: *Claritatem quam dedisti mihi*;

quia et ipse dedit eam sibi: nec Patrem facit alienum ab opere suo,

quamvis dixerit, *dedi eis*; quia et Pater illam dedit eis.

Inseparabilia namque sunt opera non solum Patris et Filii, verum etiam Spiritus sancti. Sicut autem ex eo quod Patrem pro suis omnibus rogavit, hoc fieri voluit:

Ut omnes unum sint: ita ex hoc etiam suo beneficio quod ait:

Claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, id fieri nihilominus voluit;

nam continuo subiunxit:

Ut sint unum, sicut et nos unum sumus.

4. Deinde addidit: *Ego in eis, et tu in me, ut sint consummati in unum*. Ubi se mediatorem inter Deum et homines breviter intimavit. Neque enim hoc ita dictum est, tanquam Pater non sit in nobis, aut nos in Patre non simus; cum et alio loco dixerit: *Veniemus ad eum, et mansionem apud eum faciemus*: et hic paulo ante non dixerit: *Ego in eis et tu in me*, quod dixit modo; aut: *Ipsi in me et ego in te*; sed: *Tu in me et ego in te, et ipsi in nobis*. Quod ergo nunc ait: *Ego in eis et tu in me*, ita dictum est ex persona Mediatoris, sicut illud quod Apostolus ait: *Vos Christi, Christus vero Dei*.

¹⁰² Ef 5, 8 Vulg. e VL: “Eratis enim aliquando tenebrae : nunc autem lux in Domino.”; Sabatier in nota: “Augustinus in Joh. to. 3. col. 664. d. 668 g. *Fuistis enim aliquando tenebrae; nunc autem lux in Domino*”; la traduzione NCEI è stata rivista di conseguenza.

¹⁰³ Gv 17, 22

¹⁰⁴ Gv 2, 19 Vulg.: “Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud.”; Sabatier in nota: “Tertullianus, l. de resur. carn. p. 573. a. *Diruite templum istud, & ego illud triduo resuscitabo*: & l. de pudic. p. 1009. b. *Evertite templum hoc, & ego illud in triduo resuscitabo*. Novatian. l. de Trin. p. 1040. a. *Solvite templum hoc, & ego in triduo suscitabo illud*. Similiter habet Hilar. l. 9. de Trin. col. 992. b. at l. 10. 1074. b. *& post triduum suscitabo illud*: supra vero in Ps. 53. col. 101. e. *& post triduum reaedificabo illud*. Ambrosius in Psal. 40. col. 874. d. & in Ps. 118. col. 1227. d. *Solvite hoc templum, & in triduo suscitabo illud*: item col. 875. b. & 1002. c. *& in triduo excitabo illud*: col. autem 880. c. sicut in Ps. 47. 942. c. & in Ps. 118. 1039. c. & l. 10. in Luc. 1504. f. & l. 3. de fide, to. 2. 499. d. & l. de institut. virg. 266. e. & ep. 81. 1098. e. & l. de fid. res. 1161. c. *& in triduo resuscitabo illud*. August. ...: & tract. 47. 610. c. *Solvite... & in triduo suscitabo illud*: item tr. 110. 776. c. ... *& in triduo resuscitabo illud*. ... Lactan. l. 4. instit. c. 18. p. 581. *Si solveritis hoc templum, quod aedificatum est annis xlvii. ego illud in triduo sine manibus suscitabo*. Cassiod. in Ps. 5. p. 26. a. *Destruite templum hoc, & in triduo aedificabo illud*: ...: at in Psal. 40. p. 140. b. *Solvite templum hoc, & in triduo suscitabo illud*. ... Auct. l. de prom. p. a. col. 166. a. *Solvite templum hoc, & in triduo suscitabo illud*.”. Ho voluto riportare tutti i testimoni per “triduum” per dare la percezione dell’ampiezza di utilizzo di questo termine che lascia trasparire la valenza liturgica.

¹⁰⁵ Gv 17, 22-23

*vero Dei (II Cor. III)*¹⁰⁶. Quod vero addit: *Ut sint consummati in unum*, ostendit eo perduci reconciliationem, quae fit per Mediatorem, ut perfecta beatitudine, cui nihil jam possit adjici, perfruamur. Unde id quod sequitur:

Ut cognoscat mundus, quia tu me misisti,¹⁰⁷ non sic accipiendum puto, tanquam iterum dixerit: *Ut credat mundus*. Aliquando enim et *cognoscere* pro eo quod est *credere* ponitur, ut est quod ait aliquanto superius: *Et cognoverunt vere quia a te exiisti, et crediderunt quia tu me misisti*.¹⁰⁸

Hoc dixit posterius *crediderunt*, quod prius dixerat *cognoverunt*. Sed hic, quandoquidem de consummatione loquitur, talis est intelligenda cognitio, qualis erit per speciem, non qualis nunc est per fidem. Nam videtur ordo esse servatus in eo quod paulo ante dixit: *Ut credat mundus*; hic autem: *Ut cognoscat mundus*.

Ibi enim quamvis dixerit *ut omnes unum sint, et in nobis unum sint*, non ait tamen *sint consummati in unum*, atque ita subnexuit:

Ut credat mundus, quia tu me misisti. Hic vero: *Ut sint*, inquit, *consummati in unum*; ac deinde non addidit *ut credat mundus*, sed *ut cognoscat mundus quia tu me misisti*. Quamdiu enim credimus quod non videmus, nondum sumus ita consummati, quemadmodum erimus cum meruerimus videre quod credimus. Rectissime igitur ibi ait: *Ut credat mundus*; hic:

Ut cognoscat mundus. Tamen et ibi et hic, *quia tu me misisti*, ut noverimus quantum pertinet ad Patris et Filii inseparabilem charitatem, hoc nos modo credere, quo tendimus credendo cognoscere. Si autem diceret: ut cognoscant quia tu me misisti, tantumdem valeret, quantum hoc quod ait: *Ut cognoscat mundus*.

Ipsi sunt enim mundus, non permanens inimicus, qualis est mundus damnationi praedestinatus, sed ex inimico amicus effectus, propter quem *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi (II Cor. V)*; ideo dixit: *Ego in eis, et tu in me*, tanquam diceret: Ego in eis ad quos misisti me, et tu in me, mundum reconcilians tibi per me.

Propterea sequitur etiam illud quod ait:

Et dilexisti eos, sicut et me dilexisti.¹⁰⁹ In Filio quippe nos Pater diligit, quia in ipso nos elegit ante mundi constitutionem.¹¹⁰ Qui enim diligit unigenitum, profecto diligit et membra ejus, quae adoptavit in eum per eum. Nec ideo pares sumus unigenito Filio, per quem creati et recreati sumus, quia dictum est: *Dilexisti eos, sicut et me*. Neque enim semper aequalitatem significat, qui dicit: *Sicut illud, ita et illud*;¹¹¹ sed aliquando tantum, quia est illud, est et illud; aut quia est illud, ut sit et illud. Quis enim dixerit eo prorsus modo in mundum a Christo apostolos missos, quo modo ipse est missus a Patre? Ut enim alias taceam differentias, quas commemorare longum est, missi sunt certe illi cum iam homines essent, missus est autem ipse, ut homo esset; et tamen superius ait: *Sicut me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum*,¹¹² tanquam diceret: Quia misisti me, misi eos. Ita et hoc loco:

Dilexisti eos, inquit, *sicut et me dilexisti*, quod aliud nihil est quam dilexisti eos, quoniam et me dilexisti. Non enim membra Filii non diligeret: qui diligit Filium. Aut alia causa est diligendi membra ejus, nisi quia diligit eum. Sed diligit Filium secundum divinitatem, quia genuit illum aequalem sibi. Diligit eum etiam secundum id quod homo est, quia ipsum unigenitum *Verbum caro factum est (Joan. I)*, et propter Verbum ei chara Verbi caro. Nos autem diligit, quoniam sumus ejus membra quem diligit; et hoc ut essemus, propter hoc nos dilexit antequam essemus.

Quapropter incomprehensibilis est dilectio qua diligit Deus, neque mutabilis.

Non enim ex eo quo ei reconciliati sumus per sanguinem Filii ejus, nos coepit diligere; sed ante mundi constitutionem dilexit nos, ut cum ejus unigenito etiam nos filii ejus essemus, priusquam omnino aliquid essemus.

Quod ergo reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus,

è di Dio (1Cor 3, 23). Invero il fatto che aggiunge: *perché siano perfetti nell'unità*, mostra che la riconciliazione, che si compie per mezzo del Mediatore, ha come scopo di farci godere la beatitudine perfetta cui niente possa essere aggiunto. Per cui ciò che segue: *[affinché] il mondo conosca che tu mi hai mandato*, ritengo non sia da prendere come se avesse detto di nuovo: *perché il mondo creda*. Talvolta, infatti, si mette "conoscere" al posto di "credere", come ciò che dice alquanto sopra: *e [hanno conosciuto] veramente che sono uscito da te e hanno creduto che tu mi hai mandato*. Qui dice poi *hanno creduto* ciò che prima aveva detto *hanno conosciuto*. Ma qui, siccome parla della vita perfetta, la conoscenza è da intendere così quale sarà nella visione, non quale ora è per fede. Appare infatti che è stato mantenuto l'ordine per il fatto che poco prima ha detto: *perché il mondo creda*, qui invece: *affinché il mondo conosca*. Là infatti benché avesse detto: *perché tutti siano una sola cosa e in noi siano una sola cosa*, tuttavia non disse: *e siano perfetti nell'unità*, e aveva così concluso: *cosicché il mondo creda che tu mi hai mandato*. Qui, invece: *affinché siano*, dice, *perfetti nell'unità*; e poi non aggiunge: *perché il mondo creda*, ma *affinché il mondo conosca che tu mi hai mandato*. Infatti finché crediamo ciò che non vediamo, non siamo ancora così perfetti nell'unità, come lo saremo quando avremo meritato di vedere ciò che crediamo. Giustissimamente, quindi, lì dice: *affinché il mondo creda*; qui: *affinché il mondo conosca*. Tuttavia, qui e lì, *che tu mi hai mandato*, affinché impariamo, per quanto concerne la inseparabile carità del Padre e del Figlio, ora a credere ciò che tendiamo a conoscere credendo. Se invece avesse detto: affinché conoscano che tu mi hai mandato, avrebbe avuto lo stesso valore che dire: *affinché il mondo conosca*. Essi infatti sono il mondo, non quello che rimane nemico, quale è il mondo predestinato alla dannazione, ma quello diventato amico da nemico, per il quale *Era Dio infatti*, dice, *che riconciliava a sé il mondo in Cristo (2Cor 5, 19)*; Perciò ha detto: *Io in loro e tu in me*, come a dire: Io in coloro ai quali mi hai mandato, e tu in me, riconciliando per mio mezzo il mondo.

Sicché segue anche quel che dice:

e li hai amati come hai amato me. Sì, il Padre ci ama nel Figlio, perché *in lui ci ha scelti prima della creazione del mondo*. Chi infatti ama l'unigenito, di certo ama anche le sue membra, che ha adottato in lui e per lui. Ma non per questo siamo pari al Figlio unigenito, per mezzo del quale siamo creati e ricreati, perché viene detto: *li hai amati come hai amato me*. Non sempre infatti esprime uguaglianza chi dice: *come quello così anche quello*; ma solo talvolta, perché c'è quello, c'è anche quello, o perché c'è quello, affinché ci sia anche quello. Chi infatti direbbe che gli Apostoli furono inviati nel mondo da Cristo nello stesso identico modo in cui egli fu inviato dal Padre? Per tacere infatti di altre differenze che sarebbe lungo ricordare, essi furono inviati di certo quando già erano uomini, mentre egli fu inviato perché diventasse uomo; e, tuttavia, più sopra dice: *Come tu hai mandato me nel mondo, anche io ho mandato loro nel mondo*, come a dire: Poiché hai mandato me, ho mandato loro. Così anche in questo passo: *Li hai amati*, dice, *come hai amato me*, che altro non è che questo: Li hai amati perché hai amato anche me. Infatti non può non amare le membra del Figlio, lui che ama il Figlio. O avere altro motivo per amare le sue membra, se non perché ama lui. Ma ama il secondo la divinità, perché lo ha generato uguale a sé. Lo ama anche in quanto uomo, perché lo stesso unigenito *Verbo si fece carne (Gv 1, 14)*; e a causa del Verbo gli è cara la carne del Verbo. Ama invece noi perché siamo membra di colui che egli ama; e affinché fossimo ciò, in vista di questo ci ha amati prima che fossimo.

Perciò l'amore con cui Dio ama non è comprensibile¹¹⁹ e non va soggetto a mutamento. Infatto non ha cominciato ad amarci da quando siamo stati riconciliati a lui per mezzo del sangue di suo Figlio; ma ci ha amati prima della fondazione del mondo, affinché col suo unigenito anche noi fossimo figli suoi, assolutamente prima che fossimo qualcosa. Il fatto dunque che siamo stati riconciliati a Dio con la morte del suo Figlio,

Quod vero addidit: *Ut sint consummati in unum*, ostendit eo perduci reconciliationem, quae fit per Mediatorem, ut perfecta beatitudine, cui iam nihil possit adici, perfruamur. Unde id quod sequitur:

Ut cognoscat mundus quia tu me misisti, non sic accipiendum puto, tanquam iterum dixerit: *Ut credat mundus*: aliquando enim et cognoscere pro eo quod est credere ponitur, ut est quod ait aliquanto superius: *Et cognoverunt vere quia a te exivi, et crediderunt quia tu me misisti*.

Hoc dixit posterius *crediderunt*, quod prius dixerat *cognoverunt*. Sed hic quandoquidem de consummatione loquitur, talis est intellegenda cognitio, qualis erit per speciem, non qualis nunc est per fidem Nam videtur ordo esse servatus in eo quod paulo ante dixit: *Ut credat mundus*; hic autem: *Ut cognoscat mundus*.

Ibi enim quamvis dixerit: *Ut omnes unum sint, et in nobis unum sint*, non ait tamen: *Sint consummati in unum*; atque ita subnexuit:

Ut credat mundus quia tu me misisti: hic vero: *Ut sint*, inquit, *consummati in unum*; ac deinde non addidit: *Ut credat mundus*; sed: *Ut cognoscat mundus quia tu me misisti*. Quamdiu enim credimus quod non videmus, nondum sumus ita consummati, quemadmodum erimus cum meruerimus videre quod credimus. Rectissime igitur ibi: *Ut credat mundus*; hic:

Ut cognoscat mundus: tamen et ibi et hic, *quia tu me misisti*; ut noverimus quantum pertinet ad Patris et Filii inseparabilem charitatem, hoc nos modo credere quod tendimus credendo cognoscere. Si autem diceret: Ut cognoscant quia tu me misisti: tantumdem valeret quantum hoc quod ait: *Ut cognoscat mundus*.

Ipsi sunt enim mundus, non permanens inimicus, qualis est mundus damnationi praedestinatus; sed ex inimico amicus effectus, propter quem *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi*. Ideo dixit: *Ego in eis et tu in me*: tanquam diceret: Ego in eis ad quos misisti me; et tu in me, mundum reconcilians tibi per me.

Qui diligit Unigenitum, profecto et diligit membra eius.

5. Propterea sequitur etiam illud quod ait:

Et dilexisti eos sicut et me dilexisti. In Filio quippe nos Pater diligit, quia in ipso nos elegit ante constitutionem mundi. Qui enim diligit Unigenitum, profecto diligit et membra eius quae adoptavit in eum per eum. Nec ideo pares sumus unigenito Filio per quem creati et recreati c sumus; quia dictum est: *Dilexisti eos sicut et me*. Neque enim semper aequalitatem significat, qui dicit: Sicut illud, ita et illud; sed aliquando tantum: Quia est illud, est et illud; aut: Quia est illud, ut sit et illud. Quis enim dixerit eo prorsus modo in mundum a Christo Apostolos missos, quomodo est ipse missus a Patre? Ut enim alias taceam differentias, quas commemorare longum est, missi sunt certe illi cum iam homines essent; missus est autem ipse ut homo esset: et tamen superius ait: *Sicut me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum*; tanquam diceret: Quia misisti me, misi eos. Ita et hoc loco:

Dilexisti eos, inquit, *sicut me dilexisti*; quod nihil aliud est quam: Dilexisti eos, quoniam et me dilexisti. Non enim membra Filii non diligeret qui diligit Filium; aut alia causa est diligendi membra eius, nisi quia diligit eum. Sed diligit Filium secundum divinitatem, quia genuit illum aequalem sibi; diligit eum etiam secundum id quod homo est, quia ipsum unigenitum Verbum caro factum est, et propter Verbum est ei cara Verbi caro: nos autem diligit, quoniam sumus ejus membra quem diligit; et hoc ut essemus, propter hoc nos dilexit antequam essemus.

6. Quapropter incomprehensibilis est dilectio qua diligit Deus, neque mutabilis.

Non enim ex quo ei reconciliati sumus per sanguinem Filii eius, non coepit diligere; sed ante mundi constitutionem dilexit nos, ut cum eius Unigenito etiam nos filii eius essemus, priusquam omnino aliquid essemus.

Quod ergo reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius,

¹⁰⁶ In realtà 1Cor 3, 23 Vulg.: “vos autem Christi : Christus autem Dei.”

¹⁰⁷ Gv 17, 23 Vulg.: “et cognoscat mundus quia tu me misisti,”; Sabatier in nota: “Ms. S. Germ. ...: *ut cognoscat mundus, &c.* ut in textu. Cantabrig. ... : *ut cognoscat mundus quoniam* ... Ambros. ... l. 5. de fide, col. 567. d. addit, *ut cognoscat hic mundus quia tu me misisti*”

¹⁰⁸ Gv 17, 8; NCEI traduce: “e sanno veramente che ...”: lo svolgimento del Commento esige che venga rivisto il verbo.

¹⁰⁹ Gv 17, 23

¹¹⁰ Ef 1, 4

¹¹¹ Citazione non individuata

¹¹² Gv 17, 18

¹¹⁹ Ho deciso di tradurre con “non comprensibile” perché in italiano “incomprensibile” ha ormai solo il valore di “che non può essere capito”; così spero che possa essere colto anche quello di “non contenibile / immenso”.

non sic audiatur, non sic accipiatur, quasi ideo nos reconciliaverit ei Filius, ut iam inciperet amare quos oderat: sicut reconciliatur inimicus inimico, ut deinde sint amici, et invicem diligant, qui oderant invicem; sed iam nos diligenti reconciliati sumus ei, cum quo propter peccatum inimicitias habebamus. Quod utrum verum dicam, attestetur Apostolus: *Commendat*, inquit, *dilectionem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.*¹¹³ Habebat itaque ille erga nos charitatem, etiam cum inimicitias adversus eum exercentes, operaremur iniquitatem; et tamen ei verissime dictum est: *Odisti, Domine, omnes qui operantur iniquitatem.*¹¹⁴ Proinde miro et divino modo, et quando nos oderat, diligebat; oderat enim nos quales ipse non fecerat, et quia iniquitas nostra opus ejus non omni ex parte consumpserat, noverat simul in unoquoque nostrum et odisse quod feceramus, et amare quod fecerat. Et hoc quidem in omnibus intelligi potest de illo cui veraciter dicitur: *Nihil odisti eorum quae fecisti* (*Sap.* XI).¹¹⁵ Non enim quod odisset, esse voluisset, aut omnino esset, quod omnipotens esse noluisse, nisi et in eo quod odit, esset etiam quod amaret. Merito quippe odit, et, velut regula suae artis, alienum improbat vitium; amat tamen suum etiam in vitio pro sua vel sanatione **beneficiorum**, vel damnatione iudicium. Ita Deus nihil odit eorum quae fecit. Naturarum enim, non vitiorum conditor, mala quae odit, ipse non fecit, et de malis eisdem, vel sanando ea per misericordiam, vel ordinando per iudicium, bona sunt ipsa quae fecit. Cum igitur eorum quae fecit, nihil oderit, quis digne possit eloqui quantum diligat membra unigeniti sui, et quanto amplius ipsum unigenitum, *in quo condita sunt omnia visibilia et invisibilia*,¹¹⁶ quae in suis generibus ordinata, ordinatissime diligit? Membra quippe unigeniti ad angelorum sanctorum aequalitatem gratiae suae largitate perducit; unigenitus autem cum sit Dominus omnium, procul dubio est Dominus angelorum, natura qua Deus est, non angelis, sed potius Patri aequalis; gratia vero qua homo est, quo modo non excedit excellentiam cuiuslibet angeli, cum sit una persona carnis et Verbi?

non va ascoltato così, e non va preso così, quasi che il Figlio ci abbia riconciliati a lui perché cominciasse allora ad amare chi odiava: così come il nemico si riconcilia col nemico, perché siano poi amici, e si amino a vicenda loro che si odiavano a vicenda. Noi siamo stati riconciliati a lui che già ci amava, con il quale, a causa del peccato, avavamo inimicizia. Dimostri l'Apostolo se dico o no la verità. *Dio dimostra*, dice, *il suo amore verso di noi nel fatto che, mentre eravamo ancora peccatori, Cristo è morto per noi*. Egli quindi nutriva amore per noi anche quando, comportandoci con inimicizia nei suoi confronti, commettevamo l'iniquità; e, tuttavia, di lui è stato detto con tutta verità: *Tu [, Signore,] hai in odio tutti i malfattori*. Per cui, in un modo mirabile e divino, anche quando ci odiava, egli ci amava; odiava infatti noi quali egli non aveva fatto, e siccome la nostra iniquità non aveva distrutto in ogni parte l'opera sua, sapeva contemporaneamente in ciascuno di noi odiare ciò che avevamo fatto, e amare ciò che aveva fatto. E invero in ogni cosa ciò può essere inteso di quello cui viene detto con verità: *Tu non odi niente di ciò che hai fatto* (*Sap* 11, 24). Infatti non avrebbe voluto che fosse ciò che avrebbe odiato, o quantomeno che fosse ciò che l'onnipotente non avesse voluto che fosse, se non che anche in ciò che odia ci sia pure ciò che amerebbe. Senza dubbio con ragione odia, e, quale regola della sua arte, riprova l'errore altrui; ama tuttavia [chi] è suo, anche nell'errore, per risanarlo con la grazia, o condannarlo con il giudizio. Così Dio non odia niente di quanto ha fatto. Infatti - autore della natura, non del peccato -, il male che odia non l'ha fatto, e, col risanare per mezzo della misericordia, o col ridare ordine per mezzo del giudizio, da quel medesimo male vengono le stesse buone cose che ha fatto. Poiché dunque di ciò che ha fatto non odia nulla, chi potrà degnamente descrivere quanto egli ami le membra del suo unigenito, e quanto più l'unigenito stesso, *[nel quale] furono create tutte le cose, quelle visibili e quelle invisibili*, che, ordinate secondo il proprio genere, egli ama con grandissimo ordine? Certo con l'abbondanza della sua grazia conduce le membra dell'unigenito all'uguaglianza con i santi angeli; siccome però l'unigenito è Signore di tutto, senza dubbio è Signore degli angeli, secondo la natura per cui è Dio, uguale non agli angeli, ma piuttosto al Padre; invero, per la grazia per la quale è uomo, come non trascende l'eccellenza di qualsivoglia angelo, dato che è una sola la persona della carne e del Verbo?

non sic audiatur, non sic accipiatur, quasi ideo nos reconciliaverit ei Filius, ut iam inciperet amare quos oderat; sicut reconciliatur inimicus inimico, ut deinde sint amici, et invicem diligant qui oderant invicem; sed iam nos diligenti reconciliati sumus ei, cum quo propter peccatum inimicitias habebamus. Quod utrum verum dicam, attestetur Apostolus: *Commendat*, inquit, *dilectionem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Habebat itaque ille erga nos caritatem, etiam cum inimicitias adversum eum exercentes operaremur iniquitatem: et tamen ei verissime dictum est: *Odisti, Domine, omnes qui operantur iniquitatem.* Proinde miro et divino modo et quando nos oderat, diligebat: oderat enim nos, quales ipse non fecerat; et quia iniquitas nostra opus eius non omni ex parte consumpserat, noverat simul in unoquoque nostrum et odisse quod feceramus, et amare quod fecerat. Et hoc quidem in omnibus intellegi potest de illo, cui veraciter dicitur: *Nihil odisti eorum quae fecisti.* Non enim quodcumque odisset esse voluisset, aut omnino esset quod omnipotens esse noluisse, nisi et in eo quod odit, esset etiam quod amaret. Merito quippe odit, et velut a regula suae artis alienum improbat vitium: amat tamen suum etiam in vitiosis vel sanatione **beneficium**, vel damnatione iudicium. Ita Deus, et nihil odit eorum quae fecit: naturarum enim, non vitiorum conditor, mala quae odit, ipse non fecit; et de malis eisdem vel sanando ea per misericordiam, vel ordinando per iudicium, bona sunt ipsa quae facit. Cum igitur eorum quae fecit nihil oderit, quis digne possit eloqui, quantum diligat membra Unigeniti sui; et quanto amplius ipsum Unigenitum, in quo condita sunt omnia visibilia et invisibilia, quae in suis generibus ordinata ordinatissime diligit? Membra quippe Unigeniti ad Angelorum sanctorum aequalitatem gratiae suae largitate perducit: Unigenitus autem cum sit Dominus omnium, procul dubio est Dominus Angelorum, natura qua Deus est, non Angelis, sed Patri potius aequalis; gratia vero qua homo est, quomodo non excedit excellentiam cuiuslibet angeli, cum sit una persona carnis et Verbi?

7. Quamquam non desint qui etiam nos Angelis praeferant; quia pro nobis, inquit, non pro Angelis mortuus est Christus. Id quid est aliud, quam de impietate velle gloriari? Etenim *Christus*, sicut ait Apostolus, *iuxta tempus pro impiis mortuus est.* Hic ergo non meritum nostrum, sed Dei misericordia commendatur. Nam quale est ideo se velle laudari, quia vitio suo tam detestabiliter aegrotavit, ut non posset aliter quam medici morte sanari? Non est haec nostrorum gloria meritorum, sed medicina morborum. An ideo nos praeferimus Angelis, quia cum et angeli peccaverint, nihil eis tale unde sanarentur impensum est? Quasi aliquid eis vel parvum fuerit impensum, et nobis amplius. Quod si et hoc factum esset, adhuc quaeri posset utrum ideo fuisset factum, quod steteramus excellentius, an quod desperatius iacebamus. Cum vero noverimus bonorum omnium Creatorem reparandis angelis malis nihil gratiae contulisse, cur non potius intellegimus quod tanto damnabilior eorum iudicata sit culpa, quanto erat natura sublimior? Tanto enim minus quam nos peccare debuerunt, quanto meliores nobis fuerunt. Nunc autem in offendendo Creatorem tanto execrabilius beneficio eius ingrati exstiterunt, quanto beneficentius sunt creati; nec eis satis fuit desertores esse illius, nisi et nostri fierent deceptores. Hoc itaque nobis magnum bonum conferet, qui dilexit nos sicut dilexit Christum, ut propter ipsum cuius membra nos esse voluit, aequales Angelis sanctis simus, quibus et natura inferiores conditi sumus, et peccato indigniores facti, qui eorum fieri qualescumque socii deberemus.

TRACTATUS CXI

Ut et ipsi in nobis unum sint (Io 17, 24-26).

Et nos locus Dei sumus, quoniam templum eius sumus; sicut orat pro nobis qui mortuus est pro nobis, vivitque pro nobis, ut in ipsis unum simus.

Audite et estote in spe gaudentes.

¹¹³ Rm 5, 8-9 Vulg.: “Commendat autem caritatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est.”; VL non ha secundum tempus”; Sabatier in nota: “Irenaeus i. 3. c. 16. *Commendat autem suam dilectionem Deus in nobis: quoniam cum adhuc essemus peccatores, pro nobis Christus*, &c. Similiter August. tract. 110. in Joh. to. 3. p. 2. col. 778. b.”; NCEI Rm 5, 8.

¹¹⁴ Sal 5, 7 Vulg.: 5, 6 NCEI.

¹¹⁵ Sap 11, 25 Vulg.; NCEI Sap 11, 24 traduce: “non provi disgusto per nessuna delle cose che hai creato”: opto per una traduzione, fedele a Vulg., che si armonizzi al resto del Commento nella scelta dei vocaboli.

¹¹⁶ Col 1, 16 Vulg.: “in ipso condita sunt universa in caelis, et in terra, visibilia, et invisibilia”

In magnam spem Dominus Iesus suos erigit, qua maior omnino esse non possit. Audite, et estote in spe gaudentes, propter quod vita ista non amanda, sed toleranda sit, ut esse possitis in ejus tribulatione patientes¹²⁰.

Audite, inquam, et quo spes nostra levetur, attendite.

Christus Iesus dicit; Filius Dei unigenitus, qui Patri coaeternus et aequalis est, dicit, qui propter nos homo factus est, sed sicut omnis homo mendax non factus est¹²¹, dicit; via, vita, veritas¹²² dicit; qui **nondum** vicit¹²³, de his quibus vicit, dicit; audite, credite, sperate, desiderate quod dicit:

Pater, inquit, *quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, et illi sint mecum*.¹²⁴ Qui sunt isti, quos dicit a Patre datos sibi? Nonne illi de quibus alio loco dicit: *Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum* (Joan. VI)¹²⁵? Jam quomodo ea quae fieri dicit a Patre, faciat et ipse cum Patre, si quid in hoc Evangelio profecimus, novimus. Ipsi sunt ergo quos a Patre accepit,

quos et ipse de mundo elegit. **Ad quae** elegit?

ut iam non sint de mundo, sicut non est et ipse de mundo, et sint tamen etiam ipsi mundus credens, et cognoscens quod Christus a Deo Patre sit missus, ut mundus ex mundo liberaretur, ne mundus Deo reconciliandus cum mundo inimicissimo damnaretur. Sicut enim ait in hujus orationis exordio, dedit ei potestatem omnis carnis¹²⁶, id est, omnis hominis,

ut liberet quos voluerit, damnet quos voluerit, qui vivos et mortuos iudicabit; sed eos sibi dicit esse datos, quibus omnibus det vitam aeternam. Sic enim ait: *Ut omne quod dedit ei, det eis vitam aeternam*.¹²⁷ Proinde non ei dati sunt, quibus vitam non dabit aeternam, quamvis et ipsorum potestas ei data sit, cum potestas ei data est omnis carnis, id est, omnis hominis. Ita mundus reconciliatus ex inimico liberatur mundo, cum in illo exercet potestatem suam, ut eum in mortem mittat aeternam; hunc autem facit suum, cui vitam donet aeternam. Quapropter omnibus prorsus ovibus suis bonus pastor, omnibus membris suis magnum caput, promisit hoc praemium, ut ubi est ipse, et nos cum illo simus, nec poterit nisi fieri quod omnipotenti Patri se velle dixit omnipotens Filius. Ibi est enim et Spiritus sanctus pariter aeternus, pariter Deus, Spiritus unus duorum, et substantia voluntatis amborum. Nam illud quod dixisse legitur propinquante passione: *Verum non quod ego volo, sed quod tu vis, Pater* (Matth. XXVII)¹²⁸, quasi alia Patris, alia Filii sit voluntas, aut fuerit, sonus est nostrae infirmitatis quamvis fidelis, quam in se caput nostrum transfiguravit, quando etiam peccata nostra portavit. Unam vero esse Patris et Filii voluntatem, quorum etiam Spiritus unus est, quo adjuncto agnoscimus Trinitatem, etsi intelligere nondum permittit infirmitas, credat pietas.

Sed quoniam quibus promiserit, et quam firma sit ipsa promissio, pro sermonis brevitate iam diximus, hoc ipsum, quantum valemus, quid sit quod dignatus est promittere videamus. *Quos dedisti mihi*, inquit, *volò ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum*. Quantum attinet ad creaturam in qua factus est ex semine David secundum carnem¹²⁹, nec ipse adhuc erat, ubi futurus erat; sed eo modo dicere potuit *Ubi ego sum, quod* intelligere debemus, quod cito fuerat ascensus in coelum, ut iam ibi esse se diceret, ubi erat mox futurus. Potuit et illo modo quo ante iam dixerat loquens ad Nicodemum: *Nemo ascendit in coelum, nisi qui de coelo descendit, Filius hominis qui est in coelo* (Joan. III).

Il Signore solleva i suoi discepoli ad una grande speranza, che più grande non si potrebbe assolutamente concepire. Ascoltate e *siate lieti nella speranza*, perché questa vita non è da amare, ma ma da tollerare, perché possiate essere *costanti nella sua tribolazione*. Ascoltate, dico, e considerate a quale altezza sia sollevata la nostra speranza. Parla Gesù Cristo, il Figlio unigenito di Dio, che è coeterno e uguale al Padre, parla, colui che per noi si è fatto uomo, ma non è diventato come *ogni uomo bugiardo*; parla, la via, la vita, la verità; colui che non ha ancora vinto, di coloro per i quali ha vinto, dice; ascoltate, credete, sperate, desiderate quanto dice:

Padre, dice, *voglio che quelli che mi hai dato siano anch'essi con me dove sono io*. Chi sono questi che dice datigli dal Padre? Non forse quelli di cui altrove dice: *Nessuno [viene] a me, se non lo attira il Padre che mi ha mandato* (Gv 6, 44)? Ormai abbiamo conosciuto, se qualche profitto abbiamo tratto da questo Vangelo, come anche il Figlio compia col Padre le opere che dice essere fatte dal Padre. Essi sono dunque quelli che ha ricevuto dal Padre, quelli che pure egli ha scelti dal mondo. **Per cosa** li ha scelti? affinché non siano più del mondo, come egli stesso non è del mondo, e tuttavia siano anch'essi il mondo che crede, e che sa che Cristo è stato mandato da Dio Padre, affinché il mondo sia liberato dal mondo, e il mondo che sarà riconciliato con Dio non venga condannato insieme al mondo irriducibilmente ostile. Come infatti si è espresso all'inizio di questa orazione: *gli ha dato potere su ogni carne* - cioè sopra ogni uomo,

perché liberi chi voglia, condanni chi voglia, lui che giudicherà i vivi e i morti; ma dice che essi gli sono stati dati, per dare a tutti la vita eterna. Così infatti dice: *perché egli dia la vita eterna a tutti coloro che gli ha dato*. Pertanto non gli sono stati dati coloro ai quali non darà la vita eterna, benché gli sia stata data la potestà anche sopra di essi, in quanto gli è stata data la potestà sopra ogni carne, cioè sopra ogni uomo. Così il mondo riconciliato è liberato dal mondo ostile, in quanto sopra di questo egli esercita la sua potestà, per mandarlo alla morte eterna; mentre quello lo fa suo, per donargli la vita eterna. Perciò di certo il buon pastore a tutte le sue pecore, il grande capo a tutte le sue membra, ha promesso questo premio: che dove è lui saremo anche noi con lui; e non potrebbe essere se non fosse che il Figlio onnipotente ha detto al Padre onnipotente ciò che vuole. Lì infatti è anche lo Spirito santo parimenti eterno, parimenti Dio, unico Spirito di ambedue, e sostanza della volontà di entrambi. Infatti si legge cosa disse nell'imminenza della passione: *Però non come voglio io, ma come vuoi tu! [Padre]* (Mt 26, 39) - quasi altra quella del Padre, e altra sia la volontà del Figlio, o lo fosse stata – è il suono della nostra infermità, benché fedeli, che il nostro Capo ha trasfigurato in sé, quando ha portato anche i nostri peccati. Che invero sia una sola la volontà del Padre e del Figlio, e che uno solo è anche il loro Spirito, e aggiuntolo riconosciamo la Trinità, anche se debolezza ancora non ci permette di comprendere, lo creda la pietà.

Ma perché promise loro, e quanto sicura sia questa promessa l'abbiamo già detto secondo la brevità del discorso; vediamo nello specifico, per quanto ne siamo in grado, cosa sia ciò che si è degnato promettere. *Voglio che quelli che mi hai dato*, dice, *siano anch'essi con me dove sono io*. Per quanto attiene alla 'creatura' in cui è nato dal seme di Davide secondo la carne, neppure lui era ancora dove poi sarebbe stato; ma in questo senso ha potuto dire: *dove sono io*: perché dovevamo capire che era talmente prossimo ad ascendere al cielo, da dire di essere già dove presto sarebbe stato. Potè anche in quel modo con cui in precedenza si era espresso parlando a Nicodemò: *Nessuno è mai salito al cielo, se non colui che è disceso dal cielo, il Figlio dell'uomo, [che è in cielo]* (Gv

1. In magnam spem Dominus Iesus suos erigit, qua maior omnino esse non possit. Audite, et estote in spe gaudentes, propter quod vita ista non amanda, sed toleranda sit, ut esse possitis in eius tribulatione patientes.

Audite, inquam, et quo spes nostra levetur attendite.

Christus Iesus dicit: Filius Dei unigenitus qui Patri coaeternus et aequalis est, dicit; qui propter nos homo factus est, sed sicut *omnis homo mendax* non factus est, dicit; via, vita, veritas dicit; qui **mundum** vicit, de his quibus vicit, dicit. Audite, credite, sperate, desiderate quod dicit:

Pater, inquit, *quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, et illi sint mecum*. Qui sunt isti quos ait a Patre datos sibi? Nonne illi de quibus alio loco dicit: *Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum?* Jam quomodo ea quae fieri dicit a Patre, faciat et ipse cum Patre, si quid in hoc Evangelio profecimus, novimus.

Ipsi sunt ergo quos a Patre accepit,

quos et ipse elegit de mundo, **atque** elegit

ut iam non sint de mundo, sicut non est et ipse de mundo: ut sint tamen etiam ipsi mundus credens et cognoscens quod Christus a Deo Patre sit missus, ut mundus ex mundo liberaretur, ne mundus Deo reconciliandus cum mundo inimicissimo damnaretur. Sic enim ait in huius orationis exordio:

Dedisti ei potestatem omnis carnis, id est omnis hominis,

ut omne quod dedisti ei, det eis vitam aeternam. Ubi ostendit potestatem se quidem omnis hominis accepisse,

ut liberet quos voluerit, damnet quos voluerit, qui vivos et mortuos iudicabit; sed eos sibi esse datos, quibus omnibus det vitam aeternam. Sic enim ait: *Ut omne quod dedisti ei, det eis vitam aeternam*. Proinde non ei dati sunt, quibus vitam non dabit aeternam: quamvis et ipsorum potestas data sit, cui potestas data est omnis carnis, id est omnis hominis. Ita mundus reconciliatus ex inimico liberabitur mundo, cum in illum exserit potestatem suam, ut eum in mortem mittat aeternam: hunc autem facit suum, cui vitam donet aeternam.

Quapropter omnibus prorsus ovibus suis bonus pastor, omnibus membris suis magnum caput promisit hoc praemium, ut ubi ipse est, et nos cum illo simus: nec poterit nisi fieri quod omnipotenti Patri se velle dixit omnipotens Filius.

Ibi est enim et Spiritus sanctus pariter aeternus, pariter Deus,

Spiritus unus duorum, et substantia voluntatis amborum. Nam illud quod dixisse legitur propinquante passione: *Verum non quod ego volo, sed quod tu vis, Pater*, quasi alia Patris, alia Filii sit voluntas aut fuerit, sonus est nostrae infirmitatis, quamvis fidelis, quam in se caput nostrum transfiguravit, quando etiam peccata nostra portavit. Unam vero esse Patris et Filii voluntatem, quorum etiam Spiritus unus est, quo adiuncto cognoscimus Trinitatem, etsi intellegere nondum permittit infirmitas, credat pietas.

2. Sed quoniam quibus promiserit et quam firma sit ipsa promissio, pro sermonis brevitate iam diximus; hoc ipsum quantum valemus,

quid sit quod dignatus est promittere videamus, *quos dedisti mihi*, inquit, *volò ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum*. Quantum attinet ad creaturam in qua *factus est ex semine David secundum carnem*, nec ipse adhuc erat ubi futurus erat: sed eo modo dicere potuit, *ubi ego sum, quo* intellegeremus quod cito fuerat ascensus in coelum, ut iam ibi esse se diceret ubi fuerat mox futurus. Potuit et in illo modo, quo ante iam dixerat loquens ad Nicodemum: *Nemo ascendit in coelum, nisi qui descendit de coelo, Filius hominis, qui in coelo est*.

¹²⁰ cfr Rm 12, 12.

¹²¹ cfr Sal 115, 2.

¹²² cfr Gv 14, 6.

¹²³ Il "qui mundum vicit" di Agostino fa riferimento a Gv 16, 33; ma il "qui nondum vicit" di Beda si riferisce invece a passi come Gv 2, 4: "nondum venit hora mea", e simili quali: Gv 7, 6. 8. 30. 39.

¹²⁴ Gv 17, 24.

¹²⁵ Gv 6, 44 Vulg.: "nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum"; Sabatier in nota: "Tertul. l. contra Prax. ... at infra, p. 855. C. legit: *nemo ad me venit, nisi Pater eum adduxerit*. ... Hilar. in Ps. 131. col. 457. b. *nemo venit ad me, nisi Pater, qui me misit, adducat illum*: & l. II. de Trin. 1101 b. *nemo venit ad me, nisi Pater meus adducat illum ad me*. Ambrosius l. 8. in Luc. col. 1472. c. *nemo venit ad me, nisi Pater meus, qui misit me, adtraxerit eum*: & epist. 9. 796. e. *nemo venit ad me, nisi quem Pater adtraxerit*: & l. 5. de fide, 577. a. *nemo venit ad me, nisi Pater adtraxerit eum*". La traduzione NCEI viene rivista di conseguenza.

¹²⁶ Gv 17, 2; NCEI traduce: "potere su ogni essere umano", ma è necessario rivedere la traduzione per non perdere il senso del successivo inciso.

¹²⁷ Gv 17, 2, con cambio di persona.

¹²⁸ Mt 26, 39 Vulg.: "verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu."; VL: "verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis"; Sabatier in nota attesta "verum" per "Ms. Maj. Mon. Cantabrig.", "August. ep. 130. to. 2. 392. t. ... *verum non quod ego volo, sed quod tu vis, Pater*: sic iterum infra, 432. c. & in Joh. 12. & 17. to. 3. 640. c. 780. a."

¹²⁹ cfr Rm 1, 3.

Nam et ibi non dixit Erit, sed *Est*, propter unitatem personae, in qua Deus et homo est, et homo Deus. In coelo ergo nos futuros esse promisit. Illo enim forma servi levata est, qua sumpsit ex Virgine, et ad Patris dexteram collocata.

Propter spem tanti hujus boni et Apostolus ait: *Deus autem qui dives est in misericordia, propter multam dilectionem qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo, cujus gratia sumus salvati, et simul excitavit in coelestibus in Christo Jesu (Ephes. II)*¹³⁰.

Hoc ergo potest intelligi dixisse Dominus: *Ut ubi sum ego, et illi sint mecum.*

Et ipse quidem de se dixit quod ibi iam esset, de nobis autem velle se dixit ut essemus ibi cum illo, non quod iam essemus ostendit. Apostolus autem quod Dominus velle se dixit ut fieret, tanquam factum fuerit est locutus. Non enim ait: Excitaturus est nos, et in coelestibus sedere facturus, sed: *Excitavit, et sedere in coelestibus fecit*, quia non inaniter sed fideliter iam deputat factum, quod futurum esse non dubitat. Quod vero attinet ad formam Dei, in qua aequalis est Patri, si secundum eam velimus intelligere quod dictum est: *Volo ut ubi ego sum, ut illi sint mecum*, abscedat ab animo omnis imaginum corporalium cogitatio. Quidquid menti occurrerit longum, latum, crassum, qualibet luce corporea coloratum,

per quaelibet locorum spatia vel finita vel infinita diffusum: ab his omnibus quantum potest aciem suae contemplationis vel intentionis avertat;

et non inquiratur aequalis Patri Filius ubi sit, quoniam nemo invenit ubi non sit;

sed qui vult quaerere, quaerat potius ut cum illo sit, non ubique sicut ille, sed ubicunque esse poterit. Qui enim homini poenaliter pendenti

et salubriter confitenti ait: *Hodie mecum eris in paradiso (Luc. XXIII)*, secundum id quod homo erat, anima ejus ipso die futura fuerat in inferno, caro in sepulcro.

Secundum id autem quod Deus erat, utique et in paradiso erat; et ideo latronis anima a pristinis facinoribus absoluta, et illius munere iam beata, quamvis ubique sicut ille esse non poterat, tamen etiam ipso die cum illo in paradiso poterat,

unde ille qui ubique semper est non recesserat; propterea nimirum non ei satis fuit dicere: *Volo ut ubi ego sum, et ipsi sint*,

sed addidit *mecum*. Esse cum illo enim bonum magnum est. Nam et miseri possunt esse ubi est ille, quoniam quicumque ubicunque fuerint, est et ille. Sed beati soli sunt cum illo, quia beati esse non poterunt, nisi ex illo. An non Deo veraciter dictum est:

Si ascendero in coelum, tu ibi es. Si descendero in infernum, ades (Psal. CXXXVIII),

Aut vero Christus, non est Dei sapientia, quae attingit ubique propter suam munditiam¹³¹? Sed *lux lucet in tenebris, nec eam tenebrae comprehenderunt (Joan. II)*¹³².

Ac per hoc, ut de re visibili quamvis longe dissimili quaecunque sumamus exemplum, sicut caecus etiam si ibi sit ubi lux est, non est tamen ipse cum luce, sed absens est a praesente, ita infidelis atque impius, aut etiam fidelis et pius, nondum tamen ad intuendum sapientiae lumen idoneus,

etiam si esse nusquam possit, ubi non sit et Christus, non est tamen ipse cum Christo, duntaxat per speciem. Nam hominem pie fidelem, non est dubitandum cum Christo esse per fidem: propter quod dicit: *Qui non est mecum adversum me est (Luc. XI)*¹³³. Sed cum Patri Deo dicebat: *Quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, et illi sint mecum*, de specie illa omnimodo dicebat, in qua *videbimus eum sicuti est (I Joan. III)*.

Nemo serenissimum sensum nubilosa contradictione perturbet. Consequentia perhibeant testimonium praecedentibus verbis. Nempe cum dixisset: *Volo ut ubi ego sum, et illi sint mecum*, continuo secutus adjunxit:

Ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem

3, 13)¹⁵¹. Infatti anche lì non disse: Sarà, ma È, per via dell'unità della persona in cui Dio è anche uomo, e l'uomo Dio. Dunque ci ha promesso che saremo in cielo. Lì infatti è stata elevata la forma di servo, che assunse dalla Vergine, e l'ha collocata alla destra del Padre. Per la speranza di un così grande bene anche l'Apostolo dice: *Ma Dio, ricco di misericordia, per il grande amore con il quale ci ha amato, da morti che eravamo per le colpe, ci ha fatto rivivere con Cristo: per [la cui] grazia [siamo] salvati. [Contemporaneamente] ci ha anche risuscitato [] nei cieli, in Cristo Gesù, (Ef 2, 4-6)*. Ecco dunque può essere inteso quanto disse il Signore: *Voglio che siano anch'essi con me dove sono io*. E dunque egli disse di sé di essere già lì, mentre di noi disse che lui vuole che siamo lì con lui, ma non afferma che vi siamo già. L'Apostolo, invece, ciò che il Signore vuole che sia, lo ha detto come se già fosse fatto. Infatti non dice: Ci risusciterà, e ci farà sedere nei cieli, ma: *Ci ha risuscitato e ci ha fatto sedere nei cieli*, perché non invano ma con fede reputa già fatto ciò di cui non dubita che sarà. Per quanto invece attiene alla forma di Dio, nella quale è uguale al Padre, se secondo essa vogliamo intendere quanto è detto: *voglio che siano anch'essi con me dove sono io*, si allontani dall'anima ogni pensiero di immagini corporali. Tutto ciò che venga alla mente di lungo, di largo, di grosso, di colorato da una qualsiasi luce materiale, di disteso per qualsiasi spazio fisico sia finito che infinito: da tutte queste cose, per quanto possibile, esso distolga lo sguardo della sua contemplazione e della sua attenzione; e non si indagli dove il Figlio sia uguale al Padre, perché nessuno trova dove non lo sia; ma chi vuole cercare, cerchi piuttosto di essere con lui, non ovunque come lui, ma dovunque potrà essere. [Quanto a] lui, che all'uomo che per castigo pendeva, e che salutarmente confessava¹⁵², disse: *Oggi sarai con me in paradiso (Lc 23, 43)*, in quanto uomo, la sua anima sarebbe stata quel giorno stesso all' inferno, la carne nel sepolcro. Ma in quanto era Dio, certamente era anche in paradiso; e quindi l'anima del ladrone, assolta dai suoi precedenti delitti e già beata per il suo dono, anche se non poteva essere ovunque come lui, tuttavia parimenti in quello stesso giorno poteva essere con lui in paradiso, da dove colui che è sempre ovunque non si era mai allontanato; pertanto naturalmente non gli fu sufficiente dire: *Voglio che siano anch'essi dove sono io*, ma aggiunse: *con me*. Essere con lui, infatti, è un grande bene. Infatti anche i miseri possono essere dove egli è, dato che ovunque uno si trovi, anche lui c'è. Ma i soli beati sono con lui, perché non potrebbero essere beati, se non grazie a lui. O forse non è veracemente detto a Dio: *Se salgo in cielo, là tu sei; se scendo negli inferi, eccoti (Sal 138, 8)*. O invero Cristo non è la sapienza di Dio, che *per la sua purezza si diffonde e penetra in ogni cosa? Ma la luce splende nelle tenebre e le tenebre non l'hanno accolta. (Gv 1, 5)*. E per capire, prendiamo un esempio qualsiasi dalla realtà visibile anche se assai dissimile: come un cieco, che anche se c'è luce dove si trova, tuttavia lui non è con la luce, ma è assente a lei presente, così uno senza fede o empio, o anche uno fedele e pio che però non sia ancora in grado di contemplare la luce della sapienza, anche se non può mai essere dove non sia anche Cristo, tuttavia egli non è con Cristo, almeno per quanto riguarda la visione. Non c'è infatti da dubitare che l'uomo piamente fedele è con Cristo per fede; per questo dice: *Chi non è con me, è contro di me (Lc 11, 23)*. Ma quando a Dio Padre diceva: *voglio che quelli che mi hai dato siano anch'essi con me dove sono io*, diceva certamente di quella visione, nella quale *lo vedremo così come egli è (1Gv 3, 2)*.

Nessuno offuscchi il chiarissimo senso con una nebulosa contraddizione. Quelle che seguono rendono testimonianza alle precedenti parole. Infatti, dopo aver detto: *voglio che siano anch'essi con me dove sono io*, proseguendo subito aggiunge:

Perché contemplino la mia gloria, quella che tu mi hai dato; poiché mi hai amato

Nam et ibi non dixit: Erit; sed, *est*, propter unitatem personae, in qua et Deus homo est, et homo Deus. In coelo ergo nos futuros esse promisit: illo enim forma servi levata est, quam sumpsit ex Virgine, et ad Patris dexteram collocata.

Propter spem tanti huius boni et Apostolus ait: *Deus autem qui dives est in misericordia, propter multam dilectionem qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo, cuius gratia sumus salvi facti, et simul excitavit, et simul sedere fecit in coelestibus in Christo Iesu.*

Hoc ergo potest intellegi dixisse Dominus: *Ut ubi ego sum, et illi sint mecum.*

Et ipse quidem de se dixit quod ibi iam esset; de nobis autem velle se dixit ut essemus ibi cum illo, non quod iam essemus ostendit. Apostolus autem quod Dominus velle se dixit ut fieret, tamquam factum fuerit est locutus. Non enim ait: Excitaturus est, et in coelestibus sedere facturus; sed, *excitavit, et sedere in coelestibus fecit*: quia non inaniter sed fideliter iam deputat factum quod futurum esse non dubitat. Quod vero attinet ad formam Dei in qua aequalis est Patri, si secundum eam velimus intellegere quod dictum est: *Volo ut ubi ego sum, et illi sint mecum*; abscedat ab animo omnis imaginum corporalium cogitatio: quidquid menti occurrerit longum, latum, crassum, qualibet luce corporea coloratum,

per quaelibet locorum spatia vel finita, vel infinita diffusum, ab his omnibus, quantum potest, aciem suae contemplationis vel intentionis avertat.

Et non inquiratur aequalis Patri Filius ubi sit, quoniam nemo invenit ubi non sit.

Sed qui vult quaerere, quaerat potius ut cum illo sit; non ubique sicut ille, sed ubicunque esse poterit. Qui enim homini poenaliter pendenti,

et salubriter confitenti ait: *Hodie mecum eris in paradiso*; secundum id quod homo erat, anima eius ipso die futura fuerat in inferno, caro in sepulcro;

secundum autem id quod Deus erat, utique et in paradiso erat. Et ideo latronis anima a pristinis facinoribus absoluta, et illius munere iam beata, quamvis ubique sicut ille esse non poterat; tamen etiam ipso die cum illo in paradiso esse poterat,

unde ille qui ubique semper est, non recesserat. Propterea nimirum non ei satis fuit dicere: *Volo ut ubi ego sum, et illi sint*;

sed addidit, *mecum*. Esse enim cum illo, magnum bonum est. Nam et miseri esse possunt ubi est ille, quoniam quicumque ubicumque fuerint, est et ille: sed beati soli sunt cum illo, quia beati esse non poterunt nisi ex illo. Annon Deo veraciter dictum est:

Si ascendero in coelum, tu ibi es; et si descendero in infernum, ades?

aut vero Christus non est Dei Sapientia, quae attingit ubique propter suam munditiam? Sed lux lucet in tenebris, nec eam tenebrae comprehendunt.

Ac per hoc, ut de re visibili, quamvis longe dissimili, quaecumque sumamus exemplum, sicut caecus etiamsi ibi sit ubi lux est, non est tamen ipse cum luce, sed absens est a praesente; ita infidelis atque impius, aut etiamsi fidelis et pius, nondum tamen ad intuendum lumen sapientiae idoneus,

etiamsi esse nusquam possit ubi non sit et Christus, non est tamen ipse cum Christo, duntaxat per speciem. Nam hominem pie fidelem, non est dubitandum cum Christo esse per fidem: propter quod dicit: *Qui non est mecum, adversum me est*.

Sed cum Patri Deo dicebat: *Quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum*; de specie illa omnino dicebat, in qua *videbimus eum sicuti est*.

3. Nemo serenissimum sensum nubilosa contradictione perturbet; consequentia perhibeant testimonium praecedentibus verbis. Nempe cum dixisset: *Volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum*, continuo secutus adiunxit:

Ut videant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem

¹³⁰ Ef 2, 4-6 Vulg.: “Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos, et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo (cujus gratia estis salvati), et conresuscitavit, et consedere fecit in caelestibus in Christo Jesu.”; VL: “Deus autem, qui dives est in misericordia, per multam caritatem misertus est nostri: et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos Christo, (cujus gratia estis salvati), et coexcitavit, et colligavit in coelestibus in Christo Jesu.”; Sabatier in nota: “Augustinus tract. 111 in Joh. tom. 3. p. 2. col. 780. c. ... *propter multam dilectionem*, ...: ita rursus l. 1 de pecc. mer. tom. 10. col. 25. f. & l. 2. de nupt. & conc. col 311. d. & l. de nat. & gra. col. 129 c. & l. 1 cont. 2 epist. Pelag. col. 419. a.”, “Augustinus tract. 111 in Joh. tom. 3. p. 2. col. 780. c. & l. 1 cont. 2 epist. Pelag. to. 10 col. 419. a. ... *cujus gratia sumus salvi facti*: ita rursus l. 1 de pecc. mer. tom. 10. col. 25. f. & l. 2. de nupt. & conc. col 311. d.”, “Hilarius in Ps 124. col. 403. f. & *coexcitavit, & collocavit in coelestibus*: ... Augustinus epist. 55. to. 2. col. 128. f. *simul nos excitavit, et simul nos ...*”. Ho rivisto il testo NCEI laddove fosse necessario adeguarlo al latino di Beda.

¹³¹ Sap 7, 24: “sapientia: attingit autem ubique propter suam munditiam.”

¹³² In realtà Gv 1, 5 Vulg.: “et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt.”. NCEI traduce: “5la luce splende nelle tenebre e le tenebre non l’hanno vinta.”. “Comprehendere” si presta a molte traduzioni; tuttavia, per maggior chiarezza nell’economia del commento, ritengo opportuno preferire l’accezione slita di “accogliere”.

¹³³ Lc 11, 23, e Mt 12, 30, Vulg.: “Qui non est mecum, contra me est”

¹⁵¹ La traduzione NCEI non contempla “qui est in coelo”, che ho pertanto integrato in quanto essenziale per lo svolgimento del Commento.

¹⁵² Con maggior chiarezza: che al ladrone che per castigo pendeva dalla croce, e che confessava (la sua colpa e la sua fede) ottenendo la salvezza,

mundi.¹³⁴ *Ut videant*, dixit, non *Ut credant*.

Fidei merces est ista, non fides. Si enim fides ad Hebraeos in Epistola recte definita est *convictio rerum quae non videntur* (Hebr. XI)¹³⁵, cur non merces fidei definiatur visio rerum quae creditae sperabantur? Cum viderimus enim claritatem quam dedit Pater Filio, etiamsi eam dici hoc loco intelligamus,

non quam Pater aequali Filio gignens eum dedit, sed quam facto hominis Filio dedit ei post mortem crucis, quando ergo videbimus illam Filii claritatem, profecto tunc fiet iudicium vivorum atque mortuorum.

Tunc tolletur impius, ne videat claritatem Domini (Isai. XXVI)¹³⁶. Quam autem, nisi illam qua Deus est? *Beati enim mundi cordis, quia ipsi Deum videbunt* (Matth. XXV)¹³⁷. Nec mundi cordis sunt impii; propterea non videbunt. Tunc ibunt *ipsi in supplicium aeternum* (sic enim *tolletur impius, ne videat claritatem Domini*), *justi autem ibunt in vitam aeternam* (Matth. XXVI)¹³⁸.

Et quae est vita aeterna? *ut cognoscant*, inquit, *te solum verum Deum, et quem misisti, Jesum Christum*.¹³⁹ Non utique sicut eum cognoverunt qui, licet non mundi cordis, tamen in forma servi clarificata iudicantem videre potuerunt, sed sicut cognoscendus est a mundis corde solus verus Deus cum Patre, et Spiritu sancto Filius, quia ipsa Trinitas est solus verus Deus. Si ergo secundum id quod Filius Dei Deus est Patri aequalis atque coaeternus, accipiamus hoc dictum: *Volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum*, in Patre cum Christo erimus; sed ille sicut ille, nos sicut nos, ubicunque corpore fuerimus. Si enim loca dicenda sunt et quibus non corpora continentur, et locus est cuique rei ubi est, locus Christi aeternus ubi semper est, ipse Pater est, et locus Patris filius est, *quia ego*, inquit, *in Patre, et Pater in me est*.¹⁴⁰ et in hac oratione: *Sicut tu, Pater*, inquit, *in me, et ego in te*. Et locus noster ipsi sunt, quia sequitur: *Ut et ipsi in nobis unum sint*.¹⁴¹

Et nos locus Dei sumus, quoniam templum ejus sumus, sicut orat pro nobis, qui mortuus est pro nobis, vivitque pro nobis. In ipsis unum sumus, quia factus est in pace locus ejus, et habitatio ejus in Sion (Psal. LXXV), quae nos sumus. Sed quis idoneus est loca ista, vel quae sunt in locis istis, sine spatiosis capacitatibus, et sine corporeis **mobilibus** cogitare? Non parum tamen proficitur, si saltem quidquid tale oculo cordis occurrerit negatur, respuitur, improbatur,

et lux quaedam in qua ista neganda respuenda, improbanda, cernuntur, sicut potuerit, cogitatur, et quam sit certa cognoscitur et amatur, ut inde surgatur, atque ad interiora tendatur. Quae cum penetrare mens invalida, et minus quam illa sunt pura, nequiverit non sine amoris gemitu et desiderii lacrymis inde pellatur, et patienter ferat, quandiu fide mundatur, atque ut illic habitare valeat, sanctis moribus praeparetur.

Quomodo ergo non erimus cum Christo ubi est, quando in Patre cum illo erimus, in quo est? Neque hinc Apostolus nobis, quamvis nondum rem tenentibus, sed tamen spem gerentibus tacuit. Ait enim: *Si resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens; quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Mortui enim estis*, inquit, *et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo* (Coloss. III). Ecce interim fide ac spe vita nostra ubi Christus est, cum illo est, quia cum Christo in Deo est.

Ecce velut iam factum est quod oravit ut fieret dicens: *Volo ut ubi ego sum, et illi sint mecum*, sed nunc per fidem, quando autem fiet per speciem?

Cum Christus, inquit, *apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum illo in gloria* (Ibid.). Tunc apparebimus quod tunc erimus, quia tunc apparebit non inaniter nos id credidisse ac sperasse antequam essemus. Faciet hoc ille,

prima della creazione del mondo. Perché contemplino, dice, non Affinché credano. Questa è mercede della fede, non fede. Se infatti la fede è correttamente definita nella lettera agli Ebrei *prova di ciò che non si vede* (Eb 11, 1), perché non definire mercede della fede la visione delle realtà che, credute, erano sperate? Quando vedremo la gloria che il Padre ha dato al Figlio - anche se comprendiamo che in questo passo non si parla di quella che il Padre, generando il Figlio a sé uguale, gli ha dato, ma di quella che, diventato Figlio dell'uomo, gli ha dato dopo la sua morte in croce – quando dunque vedremo quella gloria del Figlio, di certo avrà luogo il giudizio dei vivi e dei morti. *Allora sarà tolto l'empio, perché non veda la gloria del Signore* (cf. Is 26, 10). Quale dunque, se non quella per cui è Dio? *Beati infatti i puri di cuore, perché vedranno Dio* (cf. Mt 5, 8). E gli empi non sono puri di cuore; per questo non lo vedranno. Allora *se ne andranno: questi al supplizio eterno* (così infatti sarà tolto l'empio, *perché non veda la gloria del Signore*), *i giusti invece [andranno] alla vita eterna* (cf. Mt 25, 46). E cos'è la vita eterna? *che conoscano te*, dice, *l'unico vero Dio, e colui che hai mandato, Gesù Cristo*. Non comunque come lo conobbero coloro che, benché non puri di cuore, tuttavia poterono vederlo giudicare nella forma glorificata di servo, ma come deve essere conosciuto dai puri di cuore: solo vero Dio Figlio col Padre e lo Spirito santo, perché la Trinità stessa è il solo vero Dio. Se dunque prendiamo questa frase: *voglio che siano anch'essi con me dove sono io* nel senso che il Figlio di Dio è Dio uguale al Padre e coeterno, saremo con Cristo nel Padre; ma lui come lui, noi come noi, dovunque saremo col corpo. Se infatti si possono definire luoghi anche quelli che contengono realtà non materiali, e luogo è dove è ciascuna cosa, il luogo eterno di Cristo dove sempre è, è il Padre stesso, e il luogo del Padre è il Figlio [*perché*] *io*, dice, *sono nel Padre e il Padre è in me*, e in questa orazione: *come tu, Padre, sei in me e io in te*. E il nostro luogo sono essi stessi, poiché prosegue: *siano anch'essi in noi uno solo*. E noi siamo luogo di Dio, perché siamo il suo tempio, come prega per noi colui che è morto per noi, e vive per noi. In loro noi siamo uno solo, dato che *il suo luogo è nella pace, in Sion la sua dimora* (Sal 75, 3)¹⁵³, che siamo noi. Ma chi è capace di immaginare questi luoghi, o ciò che c'è in questi luoghi, senza dimensioni di spazio, e senza corporee mobilità¹⁵⁴? Non è tuttavia poco profittevole, se per caso qualcosa di tal genere abbia aggredito l'occhio del cuore negarla, respingerla e scartarla, e meditare, per quanto è possibile, una certa luce nella quale queste cose appaiono da negare, da rifiutare, da scartare, e conoscere quanto sia certa e amarla, per sorgere di lì e tendere verso le realtà interiori. Che se una mente debole, e meno pura di quanto lo siano quelle, non è in grado di penetrarle, ne è respinta non senza gemiti d'amore e lacrime di desiderio, e attenda pazientemente finché sarà purificata dalla fede, e per essere in grado di abitare lì si prepari con un comportamento santo.

In che modo, dunque, non saremo con Cristo dove è, dato che saremo con lui nel Padre, in cui egli è? Nè l'Apostolo ce l'ha taciuto, anche se ancora non possediamo la realtà, ma tuttavia abbiamo la speranza. Dice infatti: *Se dunque siete risorti con Cristo, cercate le cose di lassù, dove è Cristo, seduto alla destra di Dio; rivolgete il pensiero alle cose di lassù, non a quelle della terra. Voi infatti siete morti e la vostra vita è nascosta con Cristo in Dio!* (Col 3, 1-3). Ecco che frattanto la nostra vita, mediante la fede e la speranza, è dove si trova Cristo, è con lui, perché con Cristo è in Dio. Ecco che è come già fatto quanto ha chiesto che avvenisse dicendo: *voglio che siano anch'essi con me dove sono io*, ma ora per fede, quando invece lo sarà in visione? *Quando Cristo*, dice, *vostra vita, sarà manifestato, allora anche voi apparirete con lui nella gloria* (Col 3, 4). Allora appariremo quello che allora saremo; perché allora apparirà che non invano l'abbiamo creduto e sperato, prima di esserlo. Farà ciò colui

mundi. Ut videant, dixit; non, ut credant.

Fidei merces est ista, non fides. Si enim fides in Epistola ad Hebraeos recte definita est: *Convictio rerum quae non videntur*; cur non merces fidei definiatur: Visio rerum quae creditae sperabantur? Cum viderimus enim claritatem quam dedit Pater Filio, etiamsi eam dici hoc loco intellegamus,

non quam Pater aequali Filio gignens eum dedit, sed quam facto hominis filio dedit ei post mortem crucis: quando ergo videbimus illam Filii claritatem, profecto tunc fiet iudicium vivorum atque mortuorum,

tunc tolletur impius, ne videat claritatem Domini; quam, nisi illam qua Deus est? Beati enim **mundicordes**, **quoniam** ipsi Deum videbunt: nec mundicordes sunt impii, propterea non videbunt. Tunc ibunt ipsi in supplicium aeternum; sic enim tolletur impius ne videat claritatem Domini: *iusti autem ibunt in vitam aeternam*.

Et quae est vita aeterna? *Ut cognoscant*, inquit, *te solum verum Deum, et quem misisti, Jesum Christum*: non utique sicut eum cognoverunt qui licet non mundicordes, tamen in forma servi clarificata iudicantem videre potuerunt; sed sicut cognoscendus est a mundis corde solus verus Deus, cum Patre et Spiritu sancto Filius, quia ipsa Trinitas est solus verus Deus. Si ergo secundum id quod Filius Dei Deus est Patri aequalis atque coaeternus; accipiamus hoc dictum: *Volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum*, in Patre cum Christo erimus; sed ille sicut ille, nos sicut nos, ubicunque corpore fuerimus. Si enim loca dicenda sunt, et quibus non corpora continentur, et locus est cuique rei ubi est; locus Christi aeternus ubi semper est, ipse Pater est, et locus Patris Filius est; quia: *Ego*, inquit, *in Patre, et Pater in me est*; et in hac oratione: *Sicut tu Pater*, inquit, *in me, et ego in te*: et locus noster ipsi sunt, quia sequitur: *Ut et ipsi in nobis unum sint*:

et nos locus Dei sumus, quoniam templum eius sumus; sicut orat pro nobis qui mortuus est pro nobis, vivitque pro nobis, ut in ipsis unum simus; quia *factus est in pace locus eius, et habitatio eius in Sion*, quae nos sumus. Sed quis idoneus loca ista, vel quae sunt in locis istis, sine spatiosis capacitatibus et sine corporeis **molibus** cogitare? Non parum tamen proficitur, si saltem quidquid tale oculo cordis occurrat, negatur, respuitur, improbatur:

et lux quaedam in qua ista neganda, respuenda, improbanda cernuntur, sicut potuerit, cogitatur; et quam sit certa cognoscitur, et amatur, ut inde surgatur, atque ad interiora tendatur: quae cum penetrare mens invalida, et minus quam illa sunt, pura, nequiverit; non sine amoris gemitu et desiderii lacrymis inde pellatur; et patienter ferat quamdiu fide mundatur, atque ut illic habitare valeat, sanctis moribus praeparatur.

4. Quomodo ergo non erimus cum Christo ubi est, quando in Patre cum illo erimus in quo est? Neque hinc Apostolus nobis, quamvis nondum rem tenentibus, sed tamen spem gerentibus, tacuit. Ait enim: *Si resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens; quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Mortui enim estis*, inquit, *et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo*. Ecce interim fide ac spe vita nostra ubi Christus est, cum illo est; quia cum Christo in Deo est.

Ecce velut iam factum est quod oravit ut fieret, dicens: *Volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum*: sed nunc per fidem. Quando autem fiet per speciem?

Cum Christus, inquit, *apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria*. Tunc apparebimus quod tunc erimus; quia tunc apparebit non inaniter nos id credidisse ac sperasse antequam essemus Faciet hoc

¹³⁴ Gv 17, 24

¹³⁵ Eb 11, 1 Vulg.: “argumentum non apparentium.”; Sabatier in nota: “August. tract. 79. in Joh. tom. 3. p. 2. col. 700. f. *Est autem fides sperantium substantia, convictio rerum quae non videntur*: ... & l. de pecc. mer. to. 10. col 67. b. *Fides est sperantium substantia, convictio rerum, &c.* ... vide etiam tract. 111. in Joh. col. 781. c. ubi constanter habet *convictio rerum quae non videntur*.”

¹³⁶ Is 26, 10 Vulg.: “Misereamur impio, et non discet justitiam; in terra sanctorum iniqua gessit, et non videbit gloriam Domini.”; VL: “cessavit enim impius: omnis enim qui non didicerit justitiam super terram, veritatem non faciet: tollatur impius, ne videat majestatem Domini.”; Sabatier in nota: “Ms. Reg. Suec. & non videat claritatem Domini. ... August. ep. 147. to. 2. 484. e. *Tollatur impius, ne videat claritatem Domini*; ... Auctor vero l. de promiss. ap. Prosp. c. 20. p. 204. a. legit: *Auferatur impius, & non videat claritatem Domini sanctorum*.”. NCEI traduce: “Si usi pure clemenza al malvagio: non imparerà la giustizia; sulla terra egli distorce le cose diritte e non guarda alla maestà del Signore.”, conformemente a Vulg.; è indispensabile adottare traduzione conforme al trsto di Beda.

¹³⁷ In realtà Mt 5, 8 Vulg.: “Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.”

¹³⁸ In realtà Mt 25, 40 Vulg.: “Et ibunt hi in supplicium aeternum: justi autem in vitam aeternam.”

¹³⁹ Gv 17, 3

¹⁴⁰ Gv 14, 10

¹⁴¹ Gv 17, 21; NCEI non traduce “unum sint”.

¹⁵³ NCEI, contrariamente a Vulg., non esplicita il nome di Salem: “È in Salem la sua tenda, in Sion la sua dimora.”, cosa che rende necessario l’adeguamento nel corpo del Commento.

¹⁵⁴ Si tratta certamente di un refuso; si dovrebbe tradurre “volumi corporei”; ma è un refuso simpatico, che oltretutto propone l’immagine del movimento come dimensione, e per questo ho cercato di renderlo in italiano.

cui Filius cum dixisset: *Ut videant claritatem meam quam dedisti mihi*, continuo subjunxit: *Quia dilexisti me ante constitutionem mundi*.

In illo enim dilexit et nos ante constitutionem mundi; et tunc praedestinavit quod in fine facturus est mundi.

Pater, inquit, *juste, mundus te non cognovit*.¹⁴² Quia justus es, ideo te non cognovit. Mundus quippe ille damnationi praedestinatus merito non cognovit, mundus vero quem per Christum reconciliavit sibi, non merito, sed gratia cognovit. Quid est enim eum cognoscere, nisi vita aeterna, quam mundo damnato utique non dedit, reconciliato dedit? Propterea itaque mundus non cognovit, quia justus es, et meritis ejus ut non cognosceret retribuisti.

Et propterea itaque mundus reconciliatus cognovit,

quia misericors es, et ut cognosceret,

ei non merito, sed gratia subvenisti. Denique sequitur:

Ego autem te cognovi.¹⁴³ Ipse fons gratiae est, Deus natura, homo autem de Spiritu sancto et virgine, ineffabili gratia. Denique *propter ipsum, quia gratia Dei per Iesum Christum est Dominum nostrum (Rom. VII)*¹⁴⁴.

Et hi cognoverunt, inquit, *quia tu me misisti*.¹⁴⁵ Ipse est mundus reconciliatus.

Sed quia tu me misisti, ideo cognoverunt; ergo gratia cognoverunt.

Et notum feci, inquit, *eis nomen tuum, et notum faciam*.¹⁴⁶ Notum feci per fidem, notum faciam per speciem. Notum feci cum **fidē** peregrinantibus, notum faciam sine fine regnantibus.

Ut dilectio, inquit, *quam dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis*.¹⁴⁷ Non est usitata locutio, *dilectio quam dilexisti me*. Usitate quippe diceretur, *dilectio quam*¹⁴⁸ *dilexisti me*. De Graeco quidem ista translata est; sed sunt similes et Latinae, sicut dicimus: Fidelem servitatem servivit, strenuam militiam mililavit; quod dici debuisse videatur: Fideli servitute servivit, strenua militia militavit.

Qualis autem ista locutio est *Dilectio quam dilexisti me*, tali et Apostolus usus est, *Bonum certamen certavi (III Tim. IV)*¹⁴⁹; non ait: Bono certamine,

quod usitatius et tanquam rectius diceretur. Quomodo autem dilectio **qua** dilexit Pater Filium, est et in nobis, nisi quia membra ejus sumus,

et in illo diligimur, cum ipse diligitur totus, id est, caput et corpus? Ideo subjunxit:

*Et ego in ipso*¹⁵⁰, tanquam diceret: Quoniam ego sum et in ipsis. Aliter enim est in nobis tanquam in templo suo, aliter autem quia et nos ipse sumus, cum, secundum id quod, ut caput nostrum esset, homo factus est, corpus ejus sumus.

Finita est Salvatoris oratio. Incipit Passio.

al quale il Figlio, dopo aver detto: *Perché contemplino la mia gloria, quella che tu mi hai dato*, subito aggiunse: *poiché mi hai amato prima della creazione del mondo*. In lui infatti ha amato anche noi prima della fondazione del mondo; e allora ha predestinato ciò che farà alla fine.

Padre giusto, il mondo non ti ha conosciuto. Perché sei giusto, per questo non ti ha conosciuto. Il mondo infatti, quello predestinato alla dannazione, a ragione non l'ha conosciuto, invece il mondo, che per mezzo di Cristo ha riconciliato a sé, non per merito, ma per la sua grazia lo ha conosciuto. E cos'è conoscerlo, se non la vita eterna, che certo non ha dato al mondo dannato, ha dato al mondo riconciliato? Per questo pertanto il mondo non ti ha conosciuto, perché sei giusto, e per i suoi demeriti non hai concesso che ti conoscesse. E per questo pertanto il mondo riconciliato, ti ha conosciuto, perché sei misericordioso, e, perché conoscesse, gli sei venuto in aiuto, non per merito, ma per grazia. Quindi prosegue:

Ma io ti ho conosciuto. Egli stesso è fonte di grazia, Dio per natura, tuttavia uomo per lo Spirito Santo e la Vergine, per grazia ineffabile. Dunque per lui - poiché *la grazia di Dio ci viene per mezzo di Gesù Cristo - nostro Signore* (cfr Rm 7, 25).

E questi hanno, dice, *conosciuto che tu mi hai mandato*. Questo è il mondo riconciliato. Ma *perché tu mi hai mandato*, per questo hanno conosciuto, quindi per grazia hanno conosciuto.

E io ho fatto conoscere loro il tuo nome e lo farò conoscere. L'ho fatto conoscere per mezzo della fede, lo farò conoscere per mezzo della visione. L'ho fatto conoscere con la fede a quanti sono peregrinanti, lo farò conoscere senza fine a quanti regnano.

Perché l'amore, dice, *[che] mi hai amato sia in essi e io in loro*. Non è un'espressione usuale: *l'amore che mi hai amato*. Usuale certo se si dicesse: *l'amore con cui mi hai amato*. Invero questa è stata tradotta dal greco; ma ce ne sono di simili anche in latino; diciamo ad esempio: Ha servito un fedele servizio, ha militato una dura milizia, quando chiaramente si dovrebbe dire: Ha servito con fedele servizio, ha militato con dura milizia. Ma un'espressione tale e quale questa: *L'amore che mi hai amato* l'ha usata anche l'Apostolo: *Ho combattuto la buona battaglia* (2Tm 4, 7), non dice: In una buona battaglia, come si direbbe più abitualmente in quanto più correttamente. Come allora l'amore con cui il Padre ha amato il Figlio, è anche in noi, se non perché noi siamo sue membra, e in lui siamo amati, dato che egli è tutto amato, capo e corpo? Perciò soggiunse: *E io in loro*, come se dicesse: Perché io sono anche in loro. Altro infatti che è in noi come nel suo tempio, altro invece che pure noi siamo lui, in quanto, essendosi egli fatto uomo per essere il nostro capo, siamo il suo corpo.

L'orazione del Salvatore è finita. Comincia la Passione.

cui Filius cum dixisset: *Ut videant claritatem meam quam dedisti mihi*, continuo subiunxit: *Quia dilexisti me ante constitutionem mundi*.

In illo enim dilexit et nos ante constitutionem mundi, et tunc praedestinavit quod in fine facturus est mundi.

Pater, inquit, *iuste, mundus te non cognovit*. Quia iustus es, ideo te non cognovit. Mundus quippe ille damnationi praedestinatus merito non cognovit:

mundus vero quem per Christum reconciliavit sibi, non merito,

sed gratia cognovit. Quid est enim eum cognoscere, nisi vita aeterna?

quam mundo damnato utique non dedit, reconciliato dedit. Propterea itaque mundus non cognovit, quia iustus es, et meritis eius, ut non cognosceret, tribuisti:

et propterea mundus reconciliatus cognovit,

quia misericors es, et ut cognosceret

non ei merito, sed gratia subvenisti. Denique sequitur:

Ego autem te cognovi. Ipse fons gratiae est Deus natura, homo autem de Spiritu sancto et Virgine ineffabili gratia: denique propter ipsum, quia gratia Dei per Iesum Christum est Dominum nostrum:

Et hi cognoverunt, inquit, *quia tu me misisti*. Ipse est mundus reconciliatus.

Sed quia tu me misisti, ideo cognoverunt; ergo gratia cognoverunt.

Finita est Salvatoris oratio, incipit passio.

Et notum feci eis, inquit, *nomen tuum, et notum faciam*. Notum feci per fidem,

notum faciam per speciem: notum feci cum **finē** peregrinantibus,

notum faciam sine fine regnantibus.

Ut dilectio, inquit, *quam dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis*. Non est usitata locutio, *dilectio quam dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis*: usitate quippe diceretur, dilectio qua dilexisti me. De graeco quidem ista translata est: sed sunt similes et latinae; sicut dicimus: Fidelem servitatem servivit, strenuam militiam militavit; cum dici debuisse videatur: Fideli servitute servivit, strenua militia militavit.

Qualis autem ista locutio est, *dilectio quam dilexisti me*; tali et Apostolus usus est: *Bonum certamen certavi*: non ait, bono certamine,

quod usitatius et tanquam rectius diceretur. Quomodo autem dilectio **quam** dilexit Pater Filium, est et in nobis, nisi quia membra eius sumus,

et in illo diligimur, cum ipse diligitur totus, id est caput et corpus? Ideo subiunxit,

et ego in ipsis; tanquam diceret, quoniam ego sum et in ipsis. Aliter enim est in nobis tanquam in templo suo; aliter autem quia et nos ipse sumus, cum secundum id quod ut caput nostrum esset, homo factus est, corpus eius sumus.

Finita est Salvatoris oratio, incipit passio:

ergo et iste sermo finiatur, ut de passione quod ipse donaverit, aliis sermonibus disputetur.

¹⁴² Gv 17, 25

¹⁴³ Gv 17, 25

¹⁴⁴ Rm 7, 25 Vulg. e VL: “gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.”. Beda, e Agostino, inserendo “est”, utilizzano la citazione in modo decisamente singolare, e anche difficile per me da interpretare; forse la soluzione più corretta è inserire una virgola dopo “est” considerando, quindi, come inciso “quia gratia Dei per Iesum Christum est”.

¹⁴⁵ Gv 17, 25

¹⁴⁶ Gv 17, 26

¹⁴⁷ Gv 17, 26

¹⁴⁸ Si tratta di evidente errore di scrittura, perché ripropone esattamente la citazione che dovrebbe essere corretta; è giusta la versione agostiniana del passo: “qua dilexisti me”. Lo svolgersi del Commento impone di adeguare il testo italiano della citazione.

¹⁴⁹ Si tratta di un nobile precedente della famosa I Lettera ai Romani comparsa nella recente revisione del Lezionario Romano ...

¹⁵⁰ Ulteriore refuso di stampa. La citazione è poco sopra riportata in modo corretto e, soprattutto, la spiegazione che segue smentisce la citazione errata.